Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0002-7

1678.

Zipffel, Henricus: De tesseris collybisticis.

3 Exempl. 1679: 1683.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0004-8

[mit anderem II Index.] 2
1678, 8°
I dd.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

# TESSERIS COLLYBISTICIS

VULGO
von
**Wechſel-Brieffen/**

*Quam*
SUB RECTORATU
*MAGNIFICENTISSIMI*
**DN. ANSEL. FRANC. FRIDERICI**
ab INGELHEIM,
olim
PRO-PRINCIPIS ERFORDIENSIS
Jam verò
*EMINENTISSIMI*
ELECTORIS MOGUNTINI,
DOMINI CLEMENTISSIMI,
Inclytæ Facultatis Juridicæ permiſſu,
Pro obtinendis in utroqve jure Doctoralibus Inſigniis & Privilegiis
PP.
*PRÆSES*
HENRICUS Zipffel/ Lipſienſis,
Elect. SAXON. CAMERÆ PROC. CURIAE item PROV. Supremæ nec non CONSISTORII Eccleſ. juratus & ordinarius Advoc.
SPONDENTE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0005-4

SOLI DEO

Gloria.

CUm in celeberrimo Germaniæ Emporio, florentiſſimâ Lipſiâ, in qvâ univerſa propemodum Europa nundinas agit, ſub Celſiſſimo favore & gratiâ Sereniſſimi Principis & Electoris Saxoniæ, Domini mei Clementisſimi, hactenus & domicilium fixerim & juris prudentiæ praxin per octodecim annos freqventiſſimè ita, ut 4000. clientum pro- & cognomina numerare, pluresq; cauſas demonſtrare poſſim, exercuerim, ibiqve ſupremo Numine favente atqve protegente Electorali gratiâ perſeverandi propoſitum ſit, Inauguralis, qvam meditor, diſputationis materiam uſitatiſſima nobis Cambia obtulerunt. Nec enim ullæ negotiationes freqventius, qvam iſta, forum noſtrum & tribunalia pulſant. Sit igitur hæc Diſſertatio

# Von Wechſelbrieffen.

IN genere præmittendũ eſt de Teſſeris collybiſticis Maxim. Fauſt. ab Aſchenburgk. *claſſ. 3. ord. 948.* (Vocabulum collybus etiam uſurpatur à Cicerone in Verrem & ad Atticum. Significat certum numiſma, de qvo Schrevell. voc, κόλλυβος. Plutarch. *qvæſt. Rom. 41. Cell. in Polit. cap. 14. §. 13.*) Sive ſymbolis collybiſticis, ſecund. Petr. Gregor. Tholoſan. *de uſur. lib. 2. cap. 2. n. 8.* Hæ vulgo nominantur Wiſſelbrieffen. Latinè literæ cambiales, vel ſchedulæ cambiariæ, vel transſcriptionis, ſecund. Gail. *lib. 2. obſ. 37. n. 8.* â transſcribenda pecunia, Leges feriarum ſecund. Placent. *c. 1. cambii.* Johann. Calvin. *aliàs* Kahl *in Lexic. Jurid. verb. Camb.* Cambia per litteras. Læl. Zecchus. *de uſur c. 9. n. 6* Bonac. de Contract. *diſp. 3. qvæſt. 5. n. 5. & ſeqq.*

Initium cœperunt anno 1585. Philip. Lud. auth. collectaneis monetariis ad Goldaſti catholicon. *p. 57.* In Italiâ qvidem â Gibelinis: in Galliâ verò â Judæis introducti. Secundum Jacob Savarii, in volkommenen Kauffmann *p. 223.* Unde Pariſ. Ordin. Camb. *d 2. Junii* 1667. â mercatoribus propoſita: à Præſide, Judice & privilegiorum nundinalium defenſoribus *d. 7. Julii ſeq. ratificata,* à Senatu *d. 18 Maij 1668.* confirmata: poſtea à Parlamento regiſtrata, nec non *M. Martio,* 1673. renovata eſt.

Symbolum collybiſticum nihil aliud eſt, qvam compendioſum & ſuccinctum inſtrumentum privatum aliqvot literarum à tractante propriâ manu confectum, qvo illi, ad qvem tracta dirigitur de pecuniâ ſolvendâ ad remittendum promiſſa mandatur, adjecto certo die & loco.

§. 1. §. 1. Ratione Etymologiæ: qvæ primum locum ſolet occupare *ſecund:* Matth. Stephani, ſiqvidem non utile tantum, ſed & neceſſarium habetur, ut in rei propoſitæ inqviratur nomen, etſi non effectu tamen affectu & ad plene placitum *l. 4. ff.*

*de*

*de legat.* Sciendum eſt, qvod Cambium derivetur à Cambio, qvod verbum etſi antiqvum, tamen elegans, ſecund. Calvinum: & ſatis Latinum eſt. *ſecundum* Priſcianum, Ennium, Apulejū Andr. Tiraqvell. *de retr. lingvar. §. 30. gloſſ. 1. n. 1. p. 640. &* Conrad. Rittersh. *de mercat. p. 1. n. 67.* Hocqvè eſt vel primæ conjugationis, & in præterito habet, avi, are: vel ire, in qvarta, cambire, cambiendi, qvod nonnulli derivant à Græco κάμπτω, ἔκαμψα, idem eſt, qvod flecto, inflecto vel permuto, permutare Germ. verwechſeln/ verſetzen/ & ſic accipitur generaliter, pro cujusqve rei cum aliâ permutatione. *ut 1. Feud. 4. §. cum autem. 2. & 1. Feud. 22. §. ſi qvis. 5. F. 1. §. penult. c. 6. X. de Except.* Priſcian. Strach. Tiraq. Lupur, Scaccia, Gaitur. Petr. Greg. In hac ſignificatione Sacra Scriptura ſumit, wir wandeln in dieſem Leben/ und werden verſetzet in die Freude/ teſte Paulo. Aliàs denotat kämpffen/qvod idem tauſchen/unde Roßkämmer/ Roßtäuſcher/Chanches Gal. qvi eqvos cambiat. Leg. Bojoar *tit. 8. & Leg. Salic. tit. 50.* Hiſpanis Cambias. Matth. Bode *de Camb. theſ. 1.* Belgis Wiſſeln: Heet Woordt Wiſſel, op ſyn ruymſte beteeckent alle verandering. ut dicit Joh. Phoonſen. in ſuo Wiſſelſtyl. *cap. 1. het. 1.*

§. 2. Derivata ipſius ſunt wexeln/ außwechſeln/verwechſeln. Joh. Jacob. Heydigr. in Anleith. des Wechſelrechts. *c. 1. p. 1.* Campſores, qvæ vox admonente Alciato, Latina non eſt, tamẽ nunc recepta, & accipitur pro remittente. Bonacin. *de Contract. diſp. 3. q. 5. n. 1.* Scacc. *de. Camb. §. 1. qvæſt. 3. n. 7.*

Huic opponitur vel refertur Campſarius, Capſarius Tractans. Bode de Camb. *diſp. th. 4. E. p. 21.* Ambo Hiſpanis dicuntur ASSIENTISTÆ, & conventiones inter illos celebratæ ASSIENTI. Raph. de Turri *diſp. 3. qvæſt. 14. n. 16.* Derivatur à verbo Campſo, ſecundum Ennium *lib. 10.* & Boden de Camb. *theſ. 1. a.* Talis permutatio fit, qvando vel res una cum aliâ differente, ſed in Valore æqvali permutatur, & iſta propriè dicitur permutatio, vel pecunia cum re mutatur, ut in emtione,

venditione, vel ſi unum genus in aliud genus numiſmatum mutatur. Leonh. Leſſ. de Juſt. & Jur. *lib. 2. c. 3. dub. 1. n. 1. & ſeqq.*

§ 3. Conſtituit ſingularem certum contractum & dicitur Cambium: Etſi Juris Conſultis veteribus incognitum. Lupus *de uſur. comm. 3.* §. 2. *n.* 53. *pr.* Nicol. de Paſſeribus, de privat. ſcript. *lib. 3. de liter. Camb. qvæſt. 2. n. 3. 4. 5.* Raph. de Turri de Camb. *diſp. 1. qvæſt. 4. n. 2. 9. & ſeqq.* Unde & jus noſtrum Civile Juſtinianeum non potuit confirmare; licet autem altum de eo in veterum autorum ſcriptis ſilentium ſit: conſvetudine tamen approbatus eſt hic contractus poſteriorum Principum & Rerumpubl. conſenſu partim tacito, partim expreſſo. Raph. de Turri *diſp. 1. qvæſt. 10. n. 19. & qvæſt. 13. n. 85.* imo etiam ipſorum Pontificum Romanorum d. Turri *diſp. 3. qvæſt. 1. n. 20. & ſeqq.* Interpretum vel vulgo uſu receptiſſimum P. Rebuff. *in tr. de chirogr. recognit.* Prat. Chariſ. apud Priſcian. *lib. 10. c. 2. eoq́ ult. de. Calv. all. loc.*

§. 4 Cambium eſt contractus conſenſualis innominatus offerendi & reddendi tantundem pecuniæ certo tempore, diverſo loco & juſto pretio conſtans. Sunt qvidam qvi Cambium, ſed malè, referunt ad mutuum, Commodatum, Depoſitum Verborum obligationem, Literarum obligationem, Emtionem, Venditionem, Locationem, Conductionem, Societatem Mandatum, alii aliter. Heydig. *c. i.* Etſi dicta, ut omnis in jure definitio, ſecund. Javolenum *lib. 2. epiſt.* periculoſa. *per l. 202. ff de regul. Juris*, tamen meo marte formare accuratiorem non audeã, qvod & Juris Conſultos maxime æſtimationis ſæpius deterruit. Johan. Emeric. â Rosbach. *in pr. crim. tit. 1.* §. 2.

*Siccum.* §. 5. Cambium aliud ſiccum, aliud reale. De ſicco notandum, qvod re ipsâ Cambium non ſit, juſtitia & ſubjecto carens, vel humore & juſto titulo ſecundum Bod. *diſp. th. 14. l. pr. in fine.* & nomine tantum appellatur Cambium. Nicol. Januar. de privat. ſcript. *lil. 3. lit. Cambii. n. 8.* Petrus Aug. Moria in emptor. jur *part. 1. tit. 9. de contrah. Empt. vend. n. 11. & ſeqq.*

*& ſeqq.* Maxim. Fauſt. ab Aſchenburg in ærario *Caſſ. 4. ordin. 439. pag. m. 166.* ubi diſtantia localis definit, qvæ de Eſſentia Cambii habetur. Math. Bo*d. th. 14. A. p. 55. & præced. th. 1. F. p. 8. ibiq́ alleg.* Læl. Zechus de uſur. *cap. 9. n. 12. verſ. præcipua.* tanqvam illicitum & uſurarium damnatum eſt à Pio. IV. & V. in Conſt. Anno 1564. & Decretali Anno 1571. edita.

Minutum Cambium verò dicitnr, qvando fit permutatio pecuniæ præſentis pro præſente. Cum aurea moneta argenteâ commutatur, aut è converſo. d. Zech. Bonacin de contract. *diſp. 3. q. 5. n. 1. & 3.* Moria in Empor. Jur. *p. 1. tit. 8. qvæſt. 25. n. 44. Diſputat. Baſil. Vol. 6. diſp. 15. th. 128.* aliàs dictum Manuale, Azor. inſt. Morat. *part. 3. lib. 10. cap. 4. per tot.* Gail de credit. *c. 2. tit. 7. n. 1233. 1254. & ſeqq.* qvia de manu ad manum peragi ſolet. Maſtril. *deciſ. 303. n. 13.* vel SCAMBIUM. ſecundum Raph. de Turri de Camb. *diſp. 1. qvæſt. 6. n. 10.* De Cambio literali, literarum vel per literas trajectitio, translativo, locali, vide Stypman. de jure marit. & manet. *p. 3. c. 8. n. 3.* Lauterbach. de contr. innom. *Corollar.* 3. Bode de Camb. *th. 2. lit. 4.* *Minutũ.*

§. 2. Cambium iterum eſt vel Regulare vel Irregulare. Hæc diviſio, ut optima, electa ſit cœteris neglectis. Aliter enim ſumitur â Romoald: aliter â Joh. Azor: aliter à Cardinale Cajetani: aliter Michaeli Salaſio: aliter Baptiſt. Lub. aliter ab aliis profertur.

Regularia Cambia dicuntur Nundinalia & Ferialia, à feriendo dicta: Qvia Ethnici illis diebus victimas ferire & Diis ſacris ſacrificare ſolebant. Bachov. in πρωϑ. *de feriis pag. 527.* & FeſtoGell. Noct. Att. *lib. 4. c. 6.* Italis Fiera dicuntur. Feriæ autem hoc loco nihil aliud ſignificant, qvam mercatus majores & nundinas, Jahrmeſſen oder Marckt. Rubric. C. de nund. & merc. & qvidem certas *l. 138. ff. de verb. oblig.* qvæ in certis locis, certisq́; temporibus qvotannis, Imperatoris, Regis vel ſupremi cujusdã regionis gratiâ ob merita ſingularia conceſſæ *l. unic. C. de nundin. ibi verb. meruerunt.* congregatis ex omnibus nationibus,

nibus, hominibus. Azor. inſt. Moral. *p. 3. lib. 10. c. 8. in pr.* Raph. de Turri, de Camb. *diſp. 1. qvæſt. 1. n. 5.* per aliqvot dies habentur. Cujac. *in part. de Nundin.* §. 6. Nundinæ hæ vel Feriæ Cambiorum primò fieri cœperunt in civitate Gebbenneſi vel Genevenſi, ſecundum Scacc. de Camd. §. *2. gl. 4. n. 3. & 4.* vel ut alii volunt in civitate vulgò dicta Ciambri, qvæ eſt in Sabaudia.

Inde translatæ ſunt Lugdunum in Galliâ. d. Scaccia §. *2. gl. 2. gl. 3. n. 30.* Lugdunô Veſuntionem vulgò Biſonzone in Burgundiâ ope Imperatoris Caroli V. Raphael de Turri. *d. diſp. 1. qvæſt. 4. n. 32. & ſeqq.* à Biſonzone in urbem Placentiam Lombardorum in Italiâ. Capitul. & Diſp. Feriarum ſeu Nundinarum Biſenzon. qvæ & hodiè Placentia. Math. Bode *diſp. de Camb. th. 2. A. p. 12. & th. 11. B. p. 51.* Plures elegantes enarrat JC. Gothofredus ſc. Lugdunum, Venetias, Antvverpiam, Francofurtum propè Oderam, Naumburgum, Botzen, Francofurtum ad Mœnum. &c. Lipſia, oculus mundi non immeritò ut & Metropolis Saxoniæ appellanda propter excellentiam collegiorum: Curiæ Provincilialis ſupremæ; Conſiſtorii Eccleſiaſtici; Academiæ ejusq; incorporatarum Facultatū; Scabinatus; Qvæſtorii & aliorum plurium: nec non propter prudentiam Senatus: propter vigilantiam Prætorii, imo & literatorum opulentiam, propter mercatorum ſolertiam, civiumq; induſtriam & probitatem. Hæc Patria chariſſima tres regulares & fixas habet nundinas hybernalem primo Januarii: Vernalem Dominica Jubilate: & autumalem die Michaelis. Irregularia Cambia ſive Extra ordinaria nominantur Platearum, ſo zwiſchen Meßzeiten geſchloſſen werden. Hæc qvotidie: Regularia tantum inſtantibus nundinis contrahuntur.

§. 7. Hæc ſecundum conventionem contrahentium pretium: Illa verô juſtum & certum pro normâ ac regulâ magiſtratus accipiunt. Raph. de Turr. *diſp. 1. qvæſt. 5. & 24.* Hæc diverſa: Illa nundinalia obſervant tempora certa, tam in contrahendo,

qvàm

qvam ad ſolvendum præfigendo termino. Utpote ex nundinis Francofurtenſibus Paſchalibus reſpectu Amſtelodami, Hamburgi, Norimbergæ, Viennæ & cæt. obſervatur ultimus Junii: & ex Hyemalibus valet Uſo in ultimo Novembris. Lyon verum ex Francofurto agnoſcit diem ſolutionis Menſem Auguſti ex feriis Paſchalibus: ita ut hybernis diem omnium Sanctorum. Sic porrò qvælibet civitas vel Reſpublica legis condendæ jus atq; poteſtatem habens pro ſe ſuorumq; utilitate introduxerunt terminum. Nuperrimè & noſtra Lipſia illa Princeps urbiumq; Regina Germanicarū, moto dubio, weiln das Nürnbergiſche Geleith nicht jedesmahl gleich/ oder auf einen gewiſſen Tag/ ſondern bald Donners-bald Freytags/ bald Sonnabends abgieng/ alſo die Zahlungs Zeit ſich ungewis endete bey Abgang des Nürnberger Geleiths/ ſecundum verba Reſcr. Nundin. d. 25. Julii 1621. Majoris ſecuritatis gratiâ certam ſolutionis diem Jovis in ſecunda hebdomade elegerunt Mercatores, de illoq; confirmationem ab Elect. Sereniſſ. die qvarto Septembr. 669. conſecuti ſunt, de qvo infrà plura. Ex hiſce & aliis pluribus dicuntur irregularia, qvia non ad nundinas certo pede fixas regulantur, ſed pro lubitu contrahentium. Tractatio autem noſtra fiet in ſpecie, ſecundum Tritum,

Qvis, qvid, ubi, qvibus, auxiliis, cur, qvomodo, qvando. *Qvis?*

## Sectio I.

## De Personis Cambium Contrahentibus.

Cum in qvolibet actu, omni tempore & induſtriâ inqvirendum ſit de Perſonis, an ad actum ſint idoneæ? *l. 4. ff. qvi teſtament. facere poſſ. & ibi Barth. l. 14. ff. de jure Codicill.* Videndum erit ſecundum *l. 2. ff. de ſtat. homin.* primò de perſonis, qvæ cambii contractum inire poſſunt? Non autem hærebimus in Judæis, reſpectu qvorum differentiam habent Francofurtenſes, qvod Chriſtiani non tene-

antur de ſolutione cambiorum ſollicitare: ècontra Judæi obligati ſunt, ut pecuniam absq; admonitione creditoribus Chriſtianis ad domum afferant. Franckf. Wexelord. *addit.* §. 5. Perſonæ ſunt vel Principales vel Acceſſoriæ aut minus principales De hiſce infra Sect. 4.

Principales ſunt Remittens & Tractans, qvi & Traſſans dicitur ſive Trahens. Remittere hîc loci idem eſt qvod mandare, ſiqvidem der Außgeber mandat alteri oder vermag denſelben/ ut alio in loco ipſe ſolvat vel ſolvere curet, loco & tempore deſtinato & vice verſa tractans. Principales iterum ſunt vel ordinarii vel extraordinarii. Remittens eſt, qvi ſummam certam in locum ab eo remotum, in qvo Cambium conventum, remittit, der Außgeber des Geldes/ vel qvi in loco contractus dat Cambio ſive ad Cambium zu-und auff Wechſel giebet/ut in loco ſolutionis recipiat, aliàs dicitur der Herr des Wechſels/ Hamb. Stat. §. 11.

Traſſans qvi tradere ſolet illi, cui dirigitur Tratta ſolvenda, der Außgeber des Wechſelbrieffs/ der Geld auff-oder zu Wechſel nimbt/ qvi in Cambium ſive Cambio pecuniam accipit, ut in alio loco viciſſim ſolvat. Bod. Diſp. de Camb. *th. 4. p. 18.* Et tale Cambium, ubi perſonæ principales ſunt, & ipſi inter ſe contrahunt absq; Proxenetâ dicitur Cambium da Buono à Buono d. Bode. Diſp. *de Camb. th. 1.* C. Regulariter qvatuor perſonæ reqviruntur: ſed contingit interdum, ut aut trium aut duarum ſaltem perſonarum interventu contractus talis perficiatur. e.g. qvando remittens & trahens in loco Trattæ ſive ad qvem conveniant, & non opus habent intermedias perſonas, ſed vicem illarum obtinent.

Cambiorum ordinem non qvilibet attingit mercator, Joh. Jacob. Heydig. in der Anleith. zum Wechſel *cap. 10. pag. 103.* qvi uno actu mercaturam exercet, Bar. *in rubr. proëm. ff. & in l. 63. de legat. 1.* Sed apud qvem qvinqvè reqviſita concurrunt, de qvibus vide Caſſad. in Conſvet. Burg. *tit. DES DROICTS, rubr. 4. §. 1. gl. v.*

p. 2.

2. Auguſt. Grempl. in Manuſcr. *lib. 3. ſub Camb.* Tales dicuntur Cambiatores Cambiſtæ, Bode *th. 1. a.* Hi ſunt Campſores ordinarii, qvia eorum induſtriâ excogitatus eſt contractus & ſæpius ab ipſis celebratus, non tantum neceſſitatis, ſed & utilitatis gratiâ. Neceſſitatem intelligimus non abſolutam, de qvâ Ariſt. 4. *Metaph. cap. 5. in pr.* Sed illam, qvæ ad bonum aliqvod impetrandum reqviritur, Bod. Diſp. de Camb. *th. 3. B. p. 15.* De neceſſitate Pii V. Pontificis Decretalis anno 1570. promulgata. Et Urbano VIII. remonſtravit Reſpublica Genuenſis, adeò neceſſarium eſſe contractum, ut per eum ipſa jura regnorum conſerventur, teſtante Raph. de Turri *Diſp. 3. qvæſt. 1. n. 35.* Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 14.* Si è mundo tollatur, ſolem ipſum aufferri videatur. Maſtrit. *deciſ. 303. n. 1.* Sacc. §. 1. q. 6. *n. 4. &* §. 2. *gl. 4. n. 6.* De Utilitate vide d. Heydig. *cap. 4. p. m. 21. & 31.* Nec movet in contrarium conſvetudo regni Caſtiliæ, ubi ECON AVANTAGGIA cum lucrum Cambium contrahi neqvit, Raph. de Turri *Diſp. 1. qvæſt. 28. n. 2.* Campſor enim pro fine ſecundario zum Nebenzweck habere poteſt utilitatem qvandam, ne officium ſit damnoſum, præſertim cum Campſores plures exhibere oporteat expenſas, & periculo rem ſubjicere. Siqvidē proviſio Factori eſt ſolvenda, ſervandi Miniſtri & ſalariandi, Expēſæ tabellario ſolvendæ & id genus alia.

§. 3. Extraordinarii ſunt: Alii etſi non mercatores, tamen ad contrahendum habiles, qvi expreſſâ legis diſpoſitione non excluduntur, merito qvoqvè, vi arg. *l. 43. §. 1. ff. de procur.* ſub regula comprehenduntur. Marqv. de jure Commerc. *lib. 1. c. 10. n. 24.* Ziegl. de jur. Maj. *Exerc. 13. th. 10.* Sigiſm. Scacc. de Commerc. §. 1. *qvæſt. 7. limit. 17. n. 23. & ſeqq.* Reſcript. Elect. Sax. Nundin. de Anno 1669. verb. Die jenige/ welche der Handlung nicht zugethan/ 2c. 2c. Inter qvos numerantur Nobiles, Literati ac alterius dignitatis Viri, qvi mercatores in hiſce ſectantur, nec non magis neceſſitatis gratiâ cambia tractant, d. Raph. de Turri.

§.4. Nobiles ex hoc unico Cambii Contractum celebrare neqveunt, qvod honor & nobilitas ex eo amittitur, & tales inter nobiles amplius reputari non debent. ut ex Bald. Strab. *de Mercatur. n. 17.* qvia mercari nobilitati deroget *per t. Nobiliores C. de Commerc.* Sunt & qvidam, qvi inter ſeſe de Nobilium mercatura diſſentientes ſtrenuè diſputant atq; elegantisſimè, inter qvos referuntut Otalora, Tiraq. de Nobil, *c. 27. n. 13.* & Rota Genuen. de Mercat. *deciſ. 139. n. 9.*

Literatis videtur interdictum Cambia & commercium exercere, & primò Theologis, ſi lucri intuitu celebrantur. Clericis enim temporalibus inhiare lucris prohibitum eſt *in cap. ex part. Extr. de Cenſibus.* In Jurisperitos & Advocatos luſit auctor ludicrus ſub nomine Nebulo Nebul. qvod illi cum Cliente Cambium perficere non posſint, ex hac ratione, qvod ille litigans propriè conſentire neqveat, cum ſit infirmus mente, qvi facilè ſuum daret Advocato ob litis timorem, *per l. qvis qvis. §. præterea C. de Poſtul.* Dominic. Gail. *de Credit.* Sacc. de Commerc. *§. 1. qvæſt. 7. part. 2. ampl. 19. n.* 124. Qvicqvid ſit, tamen JCtis & Advocatis pactum inire ſive. Obligationem recipere à Clientulis non eſt prohibitum ratione Laboris & Honorarii, De illis enim non præſumitur, qvod ut Sacerdotes Juſtitiæ æqvitatis limites & juris exceſſerint. Sed hoc glorioſum & Advocatorum nomen honorificum non merentur Rabulæ, qvi ut avari & imprudentes, Pacto de Qvota litis ab omnibus reprobato, ſuam maculant dignitatē & conſcientiam.

Medicis inire contractus hoſce etiam prohibitum habetur ex eâ ratione, qvia præſumitur morbo laborantem omnia ſua jactare pro valetudine recuperanda & conſervanda atq; ita facilius ad contrahendum induci poſſe. *l. ſi medicus. ff. de var. & extr. cognit. & ibi Gl.* Philoſophi deniqve, ut tales, negligunt pecuniam, Ergo & ejusdem permutationem & cambia.

Præprimis in hac ſtatione obtinent locum Magiſtratus ac prohibiti ſunt Judices ex pluribus rationibus, nempe qvia præ-

ſumuntur metu inducere ſubditos ad contrahendum *l. ſi qvod C. qvod metus cauſa. Menoch. Conſ. 1174. n. 7. vol. 2.* & Regens de Ponte *l. unica C. de Contract. jud. l. qvi officii. ff. de contrah. empt:* Tum ne mercatura abducat eorum animum ab exercitio proprii muneris; Dein ut evitetur corruptio integritatis ex captandi lucri incentiva poſt Barthol. Menoch. Carol. Tuſch. & alios relatos per Molfeſſ. *conſ. 16.* Scacc. *§. 1. qvæſt. 7. part. 3. lim. 17. a. num. 16. & ſeqq.*

Notatu dignum eſt, qvod in Senatus Ampliſſ. Lipſ. Archivis de anno 1593. in fine legitur.

Turpis avaritia & privati commoda lucri
publica ſubvertunt, jure tacente, bona.

Qvod germanicâ lingvâ in propugnaculo rotundiore ante portam Hallenſem eodem anno infixum.

Eigner Nutz/befreundter Raht
hat verderbt / Troja, die groſſe Stadt.

Præſides provinciarum tam mutuari, qvàm aliâ ratione negotiari in provinciâ prohibentur *l. 3. C. ſi cert. pet. & l. unic. C. de Contract. judic. l. 33. ff. de rebus credit. & ibi Coſtal.* Adeò ut ne gratis qvidem ſine uſuris & fœnore pecuniam mutuam dare posſint, per text. in *d. l. 33. d. t. Harpr. ad pr.* Inſt. *qvib. mod. re contrah. oblig.* Aliud dicendum eſt in officialibus Præſidis, qvi cum perpetui ſint & mutuam pecuniam dare aut fœnebrem exercere non prohibentur. *l. 34. pr. ff. de reb. cred.* qvia non præſumuntur ejus eſſe avaritiæ, qvam temporales Magiſtratus ſecundum die hungerige Mücken ſäufft in ſich/ weil ſie noch kan. ſecundum Dn. Erneſt. Cregel. Prof. Altorf. Præcept. meum honor vel wer im Rohr ſitzt/ ſchneidet ſich Pfeiffen. Val. Herb. in Magn. *p. 1. §. 30. fol. 150.* Ex qvâ ratione idem de Magiſtratibus noſtri temporis, qvos perpetuos regulariter eſſe conſtat, dicendum videtur, ut & ipſi cum ſubditis contrahere & mutuam pe-

cuniam dare non impediantur. *arg. l.34. ff. de reb. credit. ibiq; Jaſon. n. 15. Duar. Harpr. Treutl. & alii apud Dn. Wilh. LudW. etiam Præcept Vener. in Ex. D.11. th. 4. C. p. m. 220.*

Sed qvicqvid ſit, tamen negandum non eſt, qvod hi Cambia contrahere poſſent ſine ulla ſexus aut dignitatis differentia Gail. *de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1954. & ſeqq.* hujus rei luculentum nobis experimentum tradit Rota Genuenſis de Mercatura *deciſ.* 139. *n.* 9 ubi affirmatur: Qvod Genuæ omnes ferè cives ſive ſint nobiles ſive plebeji, ſive divites ſive pauperes, ſive Magiſtratum gerentes ſive privatam vitam agentes, ſive in dignitate conſtituti, ut Doctores, ſive alius qvisqvè cambia exerceant, ita ut ad mulieres usqvè res pervenerit d. l. (Diana in reſolut. Moral. *tract. 8. de contract. reſolut 2.* ubi allegat Naldum in ſumm. *verb. Cambium n. 6. & ſeqq.*) Hinc Imperator, Rex, Princeps, Nobilis, Literatus, Ruſticus, ſive mas ſive fœmina, abſolutè cambia exercere poſſunt, nemine excluſo. Raph. de Turri *Diſp. 1. qvæſt. 14. n. 21. & ſeqq.*

Qværitur an Milites, Nobiles, Doctores, qvibus annumerandi ſunt Principium Miniſtri jure Cambiorum teneantur & ad ſolutionem celerrimè cogi posſint? Affirmatur ex præjudiciis, qvæ qvamplurima afferri poſſent, præſertim de Ann. 1673. & 1674. & probatur tam ex generali Sereniſſ. Elect. Saxon. ordinatione in Marckt-Reſcript uñ Wechſelrecht de ann. 1621. & 1666. qvàm ſeqventi ſpeciali Reſcripto *d. 4. Stept.* 1669. ibi &c. ad Senatum Lipſ. transmiſſo. Was fürs erſte anlanget die Wechſelbrieffe und dero Beobachtung &c. das darüber ohne Unterſcheid der Perſonen ſteiff und feſt gehalten werde ꝛc. nicht minder gegen die jenigen/ welche der Handlung nicht zu gethan/ dieſelbe ſeynd Adel oder Unadel/ Gelahrte oder Ungelahrte/ ſitzen in öffentlichen Ehrenämbtern oder nicht/ als die HandelsLeute ſelbſt der Schärffe nach verfahren werde ꝛc. Edicto hoc univerſali videtur Senatui Prudent. Lipſ. ab Elect. Saxon. Seren. conceſſam eſſe Juris dictionem contra Nobiles & Literatos. Obſervantia

verò

verò demonſtrat Prætorio Oppidano nullam competere cognitionem contra tales, ſed tantum Executionem non abſolutè qvidem, ſed ſi ab Electore vel Curiâ Provinciali committatur. Prima inſtantia & cauſæ cognitio manet penes judicem ordinarium, qvod declarant Reſcripta ſubſecuta ſpecialia unà cum præjudiciis.

§. 5. Appellationum Tribunal primum occupat locum, qvod contra Miniſtrum Elector. Sereniſſ. in Sachen I. C. A. ut rei ab una parte, F. L. Actoris ab altera decidit, reumqve in ſortem & intereſſe d. 25. Julii Anno 1674. Termino Trinitatis condemnavit; in *altera* Leuterationis Inſtantia ſeq. 5. Decemb. Termino Martni, nec non in Oberleuteratione d. 14. Julii 1675. confirmavit, ſimulqve d. 15. Julii dicti anni Executionem Prætorio Lipſ. Urbano commiſit, & neglectâ ab A. contra præceptum executionis inſinuatum appellatione ita perſeveravit.

§. 6. Curia Provincialis ſuprema alterum ſibi vendicat: cui ſeqvens Electorale Reſcriptum inſinuatum eſt ſub dato d. 2. Octobr. 1669.

Weſſen wir uns wegen der Wechſel brieffe ꝛc. gnädigſt reſolviret ut ſupra inſertum, &c. und

Von 4. Septembr. nechſthin an Raht zu Leipzig disfals reſcribiret / das habt ihr aus inliegender Abſchrifft mit mehrern zu erſehen. Iſt darauff unſer Begehren / ihr wollet auff künfftig dergleichen ereignete Fälle in rechtlichen erkennen auch jedesmahl gehorſamſt darnach achten / und drauff ſprechen.

Hujus vigore aut Ipſa decernit, & inferiori judicio committit ſecundum latam ſententiam executionem: aut ſtatim ab initio cauſæ cognitionem alteri demandat. Ad prius ſolet ſententiam ferre tali modo: daß Beklagter libellirtes Capital ſambt Intereſſe und Unkoſten zuerſtatten ſchuldig / in mangelung gütlicher Entrichtung wird wieder Ihn / nach inhalt des Marckt-Reſcripts, und deſſen Erleuterung billich verfahren. Deindè committit executionem qvæſtori tali modo; Als befeh-

len an ſtatt des Durchlauchtigſten Churfürſten (vel Fürſten pro qvalitate rei Domicilii (wir euch hiermit / Ihr wollet N. N. in krafft diß vor euch erforden / und ihn nach Inhalt des Marckt Reſcripts ſo lang in Gehorſamb nehmen und behalten / biß er libellirtes Capital / Intereſſe, zuerkante und übrige Unkoſten bezahlet / und abgeſtattet. Daran geſchicht ꝛc. In poſteriori caſu reſcripſit ad Prætorium Lipſienſe d. 28. Septemb. 1974. in cauſa C. K. viduæ actoris, contra I. C. A. reum. Dieweil wir denn ſolches gewilliget / ſo befehlen an ſtat des Durchläuchtigſten tot. tit. Johann Georg II. Churfürſt. wir euch hiermit / Ihr wollet gedachten A. bevorſtehende Michaelis Meſſe in Perſon zu erſcheinen vorladen / ihn zur Recognition angedeuteter Wechſel-Brieffe / wenn ſolche in Originali vorgeleget werden / anhalten und nach Inhalt des Marckt-Reſcripts dißfals gebethener Maſſen verfahren ꝛc.

§. 7. Academico Concilio tertius adſcribendus eſt locus. Ad qvod Seren. Elector non tantum generaliter ad inſtantiam Mercatorum Lipſienſium d. 9 Septembr. 1671. factam ſed & in ſpecie ad ſupplicationem Autoris hujus diſputationis ſeq. d. 20. Ejusdem, prævia cauſæ cognitione ac transmiſſis actis ita reſcripſit in Cauſa Autoris H. Z. contra N. N. N. hiermit begehrend / ihr wollet die Partenen deſſen alſo beſcheiden / und ferner dem Proceſs und unſern Marckt Reſcript gemäß ſchleunigſt verfahren / ꝛc.

§. 8 In prætorio oppidano, præſertim Fatali Nundinarum nihil ſæpius obſervatur, qvàm qvod Mercatores Forenſes & alius generis homines in cuſtodiam ducantur. Cujus Collegii Præſes & Aſſeſſores ab Ampliſſ. Senatu qvidem ordinantur, tamen non ſunt Pedanei. Elector enim Saxonicus Sereniſſ. ad illud Prætorium Unſern lieben getreuen denen Stadt-Gerichten zu Leipzig ſcribit als an Cantzley Schrifft-ſäſſigen / ut patet ex reſcripto Nundin. d. 8. April. 1674. infra allegando & aliis pluribus. Imperatores verò Romani ab Pedaneos Judices nunqvam ſcribebant, ſed ad illos, qvi præſides provinciarū erant & jurisdictionem habebant, §. 2. Inſt. de his qvi. §. 9.

§. 9. Ad Adminiſtratores verò Feudalium, nec non ad Deputatos ad res pupillares, Electoralis Celſitudo §. 4. *J. qvib. mod. pat. pot.* non ſcribit, ſed ad Senatum ipſum, qvia ſunt ipſius Pedanei.

§. 10. Unica notatu digna addatur, qvæſtio: An is, qvi antea mercator fuerit, poſtea vitæ genus mutaverit, officiaqvè Principis ſuſceperit ab actione Cambiali tutus eſſe poſſit? Reſpondetur qvod non, ex præjudicio Dn. Scabin. Lipſienſium M. April. 1770. dato in Causâ Diet. H. contra C. E. M. Ob er nun wohl immittelſt die Kauffmans Nahrung verlaſſen und bey dem Fürſtl. Sächſiſch. Magdeburgiſchen Hoff in Dienſte getreten / auch ihr dannenhero beſorget / das er das hieſige Gericht pro foro competente nicht agnoſciren möchte / dieweil aber dennoch Leipzig zum Orthe / da die Zahlung geſchehen ſoll / einmahl erwehlet / daſelbſt die Sache anhängig gemachet / und / in dem citation ergangen / lis pendens worden / derowegen der Schuldner numehro / ohngeacht er ein ander vitæ genus angenommen / alhier zuſtehen ſich keines weges entbrechen kan / N. M. E. Fr. ſo ſeyd ihr auch die Klage wieder ihn alhier ferner fortzuſtellen befugt / in maſſen auch in Verbleibung gütlicher Zahlung wider ihn inhalt des Marckt Reſcripts billig verfahren wird / ꝛc ꝛc.

§. 11. De Mulieribus dubium adhuc reſtat, propter rationis diverſitatem, ſiqvidem mulieres, ut alii, carceribus includantur in causâ pecuniariâ non permittunt jura præſertim Saxonica Conſt. *21. p. 2.* §. Ob dan ꝛc. Dn. Scabini Lipſ. nuperrimè in Cauſa J. G. J. contra J. C. H. Z. uxorem, etſi illa cum Curatore ſe obligaverat cambialibus: non ſecundum reſcriptum Nundinale, ſed tantum proceſſum Executivum M. Sept. 1673. judicarunt & ſeq. modo Prætorium Lipſienſe informârunt: Qvibus contrarii ſunt non tantum Dd. Wittenbergenſes, ſed & Dd. Jenenſes.

§. 12. Rationes dubitandi & decidendi ab utrâqvè parte allegatæ cauſam præbent, ut inſerantur tam Lipſienſium in-

formationis, qvàm cœterorum reſponſorum Extractus: Ob nun wohl in dem Marckt Reſcript verſehen / auch in dem Anno 1669. erfolgeten Deciſiv befehlich confirmiret / daß der Schuldner wegen von ſich geſtellten Wechſelbrieffe ohne Unterſcheid der Perſonen ſelbſt vor Gericht kommen und bis die baare Bezahlung oder annehmliche Verſicherung geleiſtet / ſich in Gehorſam einſtellen müſten / dieweil aber dennoch die Weibes Perſonen vermöge ſo wohl der gemeinen als Landüblichen Rechte / Schulden wegen / mit gefänglicher hafft / wen ſie ſich nicht ſelbſten darzu verſchrieben / und zuvor ihrer dißfals habenden weiblichen Gerechtigkeit erinnert worden / nicht zubelegen / das Marckt Reſcript auch / ſo viel dieſelben betrifft / keine Enderung getroffen / und als ein jus ſingulare auf die jenigen Caſus, ſo darinnen nicht exprimiret / nicht zu ziehen / nach mehrern Inhalt der übergebenen Regiſtraturen / ſo wird auch Z. Eheweib / vermittelſt ihres angegebenen Actoris zu erſcheinen und die gebethene recognition zuverrichten billig nachgelaſſen / ſo wohl dieſelbe / da die Zahlung nicht erfolget / mit gehorſam verſchonet / jedoch ſonſten wieder Sie mit der Hülffe gebührend verfahren.

§. 13. Contrariam obtinent opinionem Dn. Wittenberg. Wenn nun gleich in denen allgemeinen Käyſerlichen Rechten verſehen / daß ein Weib wegen bürgerlicher Schuld nicht könne in Hafft genommen werden / hierüber die Churfürſtl. Sächſiſch. Conſtitution klar vermag / daß in dergleichen Fall eine Weibes Perſon nicht zu incarceriren / es were dann / daß ſie deſſen erinnert wegen ihrer eigenen ſelbſt ſchulden zum perſönlichen Arreſt / oder beſtändigſt zugeſagt / deren keines bey eurer Schuldnerin vorgangen / dahero es das Anſehen gewinnen wil / daß ſelbige in Perſon ſich zuſtellen unverbunden / dennoch aber und dieweil offt angezogenes Churfürſtl. Sächſiſch. Marckt-Reſcript die ertheilete Wechſelbrieffe / ſie mögen betreffen / wen ſie wollen / ohne Unterſcheid der Perſon feſt und ſteiff gehalten haben will und die Churf. Sächſiſch. Conſtitution hieher nicht zu ziehen / ſo iſt auch eure

Schuld-

Schuldnerin dem Marckt-Reſcript gemäß in Perſon ſich zuſtellen pflichtig/ und wird ſelbigem nach/ wieder ſie nicht unbillig verfahren ꝛc. Hiſce aſſentiuntur Dn. Jenenſes M. Decembr. 1673. Ob zwar wohl angeführet werden möchte/ daß das obangezogene Marckt-Reſcript nicht in ſpecie von denen Weibs-Perſonen rede/ und auff die debitricin in hac cauſa odioſa nicht zu extendiren ſey/ und zum 2. ohne diß rechtens iſt/ qvod mulieres propter debitum non poſſunt incarcerari, niſi prius de jure ſuo fuerint admonitæ, & ſe nihilo minus firmiter obligaverint ad carcerem p. 2. Conſt. Saxon. Elect. 21. §. Ob den auch ꝛc. Welches bey dieſen Fall ſich befindet/ und daß dahero 3. die Schuldnerin ſich ihrer Weiblichen Gerechtigkeit wieder das Marckt Reſcript annoch gebrauchen könne/ und in bürgerliche Hafft nicht zunehmen ſey/ Dennoch aber weiln 1. das erwehnte Marckreſcript generaliter redet/ und die Weibs-Perſon nicht ſpecialiter excipiret hat/ hinc cenſentur comprehenſæ: nam generaliter maſculinum continet fœmininum *l. 1. & l. pronunciatio. 195. de V. S.* qvod etiam in odioſis & pœnalibus procedit *l. ſi qvis 7. §. 1. de juris d.* & Carz. *lib. 6. reſp. 20. tit. 2. n. 16.* Zumahlen dieſe keine cauſa odioſa, ſondern es vielmehr zum beſten der Kauffmanſchafft und zu Beſtätigung der Wechſelbrieffe ergangen/ Jam autem certi juris eſt, qvod mulieri adverſus contractus non debeat ſuccurri, ſi eſt mercatrix. Nam dum mercaturam, qvæ cenſetur virile officium, exercet, viro comparatur, inde etiam poteſt validè contrahere, emere, vendere, &c. Mœv. ad jus Lubec. *lib. 1. tit. X. art. 1. n. 58.* Marqvard. de jure Mercat. *lib. 1. c. 12 n. 7. & 8.* ETIAM SINE CURATORE per Conſt. Elect. *15. p. 2. in fin. ibi &c.* und inſonderheit denen Weibes-Perſonen ꝛc. Und kann zum 2. die vorgeſchützte Conſt. Elect. Saxon. 21. der Schuldnerin nicht zuſtatten kommen/ cum illa ſaltem agit de obligationibus civilibus ad mercaturam non ſpectantibus. Nach dem nun 2. Rechtens iſt/ qvod mulier in negotiis ad mercaturam ſpectantibus non poſſit uti privilegio ſuo, Marqvard. *d. l. n. 6.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0023-3

Richter de jure & privileg. *Credit. c. 3. ſect. 1. n. 143. & ſeqq.* auch ſonſten bekant / qvin literæ cambii habeant executionem celerrimam & paratiſsimã Berog. *Conſ. 33. n. 12.* Receſſ. Imper. Ratisb. noviſſ. *de an 1645.* §. als auch bey Handels-Städten 107. *&c.* ſondern nach aller Rechtsgelehrten Meynung die parata Executio ſtracks Platz haben ſoll / ſo erachten wir in Rechten gegründet zu ſeyn / daß die Schuldnerin wegen des von ihr außgeſtellten Wechſelbrieffes Krafft des offterwehnten Marckt Reſcripts auch in Perſon zuerſcheinen / und wann ſie nicht bezahlet / in Gehorſam zu gehen verbunden. Aus dieſen iſt auff die andere Frage unſchwer zuantworten / denn ob zwar ſonſt Rechtens iſt / qvod leges & conſtitutiones novæ ſaltem de futuris & non præteritis negotiis diſponant, *l. 7. ff de LL.* Dennoch aber / weiln die Churfürſtl. declaration keine neue Conſtitution zunennen / indem dieſer Fall wegen der Weiber / wie aus denen bey der erſten Frage angeführten rationibus decidendi erhellet / indem offtberührten Marckt Reſcript albereit begriffen / ſo verbindet auch die neue annoch erfolgende Declaration die Weiber / welche vor deroſelben Wechſelbrieffe aus geſtellet / und ſeynd ſie dahero in Perſon zu erſcheinen und wann ſie nicht bezahlen in bürgerlichen Gehorſam zugehen ſchuldig. Ad J. G. Menſ. Decembr. 1673.

§. 14. Sed ex hiſce pro & contra deductis nondum videtur dubium de mulieribus remotum eſſe, præcipuè cum Sereniſſ. Electori Lipſienſium opinio placuit, ut patet ex Reſcripto ad Prætorium Lipſienſe *d. 5. Febr. 1674.* datum. Wann wir dann beider Theile anführen erwogen / und befunden / daß Klägers angezogene Informata nur einſeitig / der Schöppenſtuhl in Leipzig hergegen auff die vor euch ergangene Acta in puncto des Marckt Reſcripts vor Beklagte geſprochen / So laſſen wir es auch dabey bewenden / hiermit begehrend / ihr wollet Beklagte in entſtehung der Güthe / nach Inhalt des Urthels durch rechtliche Hülffmittel zur Zahlung anhalten.

§. 15. Forſitan ex hiſce rationibus, 1. qvod Curatoris conſen-

conſenſus ad contractum mulieris de forma & ſubſtantiali ſolemnitate reqviratur. Rauchb. *p. 1. qvæſt.* 132. *n.* 43. Carpzov. *p. 2. C.* 15. *d.* 1. *n.* 6. Berlich. *p. 2. Concl.* 17. *num.* 102. Omiſſio autem formæ vitiat actum, Gail. *lib. 2. obſ. 65. n. 5. & 6.* Præſertim 2. cum mulieres ſe ad carcerem obligant, maximè neceſſariò adhibeatur defenſoris autoritas. d. Carpz. C. 21. *def.* 9. Moller: ibiq; *num.* 10. 3. Ut præcedat certioratio privilegii, qvod mulieres in causâ civili incarcerari neqveant, Conſt. Elect. 21. *p.* 2. Talis verò certioratio in Cambialibus non inſerta, nec debendi vel incarcerandi cauſa expreſſa legitur contra *Auth. ſed hodiè C. d. offic. diverſ. judic.* cum tamen 4. mulier non obligatur niſi declarato ipſi particulatim Privilegii effectu & non aliter Paul. Chriſtianæus *Vol. 5. Deciſ.* 178. *n.* 7. Exinde 3. mulieribus permiſſum eſſe ob ſexus infirmitatem jus ignorare videtur *l. 9. ff. & l.* 11. nec non *l. fin. C. de jur. & facti ignorant.* & ibid. Brunnemannus.

§. 16. Verum enim verò Sereniſſimus Saxo ſollicitus ne minimum dubii relinqvatur, ſed jus certum in ſententionando obſervetur, convocavit Dn. Conſiliarios & re accuratius perſpecta d. 8. April. 1674. legem edidit, daß von einem jeden / der Wechſelbrieffe von ſich geſtellet und betreffen / wen ſie wollen / ſteiff und feſt gehalten werden ſoll / wie dann auch geſtalten Sachen nach / daß wieder die Weibes-Perſonen / welche Kauffmanſchafft treiben / oder NB. durch Abgebung der Wechſelbrieffe ſich dadurch dem Recht der Kauffmansſchafft unterwerffen / nach dem Wechſel-Recht verfahren werde / Als haben wir dieſen Umſtänden nach das Marckt-Reſcript auff berührte Weibes-Perſonen gleichfals extendiret / mit Begehren / daß dieſem ohnfehlbar nachgelebet werde &c. Hocq; Edictum, ne difficultas moveatur qvo ad Curatoris conſenſum, Vellejani aliorumq; beneficiorum certiorationem ſub dato d. 2. Nov. & ſub affixo d. 8. Decembr. 1675. ampliavit, hiſce formalibus: Wann wir dann nach reifflich erwogenen Dingen die extenſion des Marckt Reſcripts dahin erläutert /

läutert/ wiſſen wollen/ daß wieder alle und jede Perſonen/ wes Standes und Würden ſie ſeynd/ ſo Kauffmanſchafft treiben/ oder nur Wechſelbrieffe außſtellen/ ob es gleich ohne Vollwort/ Authorität und Einwilligung der ehelichen und andern Curatoren auch ohne vorhergehende Certioration geſchehen/ nach dem Marckt Reſcript und Wechſel-Recht zu verfahren/ als iſt hiermit unſer Begehren ihr wollet auff forthin begebene Fälle euch alſo ſo gehorſamſt darnach achten.

§. 17. Rationes Edicti ſunt in promptu & prægnantes. Siqvidem ſupra in contrarium allegata *Conſt.* 15. *p.* 2. limitatur per verba finalia qvoad mulieres mercatrices. Qvæ, (2.) ſi mercari & negotiari conſvetæ qvaſi viri habentur. Nov. 89. c. 12 §. 1. & in emendis & vendendis mercibus etiam ſine Curatore firmiter contrahunt ſeq;: Saxonico jure obligant. Marqvard. de jure Mercator. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 7. Nec (3.) neceſſe eſt, ut adhibeatur Curator. Mævius ad Jus Lubec. *lib.* 1. *tit.* 10. *art.* 1. *cap.* 12. *n.* 5. *&* 7. Joach. Wibelius de contract. Muliebr. *c.* 4 *n.* 5 *& ſeqq.* item n. 201. Econtra (4.) tales negotiantes mulieres ad carcerem efficaciter ſe obligant. Moller. *ad Conſtit.* 21. *p.* 2. *n.* 11. illisq;(5.) beneficia aliàs conceſſa negãtur, qvæ virilia ſuſcipiant negotia, d. Marqvard. *all. loc. n.* 21. *in fine.* Nec illis (6.) ſuccurritur ut in jure errantibus, niſi in certis caſibus à legibus expreſſis *l. fin. C. de jur. & fact. ignor.* Contractus verò (7) qvos geſſerunt publicè ut mercatrices, non numerantur ad iſtos, d. Marqvard. *ibid. n.* (8.) Mulieres privilegiatæ metas egresſionis egreſſæ â proceſſu & pœnâ carceris non excipiuntur Marq. *l.* 4. *c.* 10. *n.* 49. *& ſeqq.* (9.) Uſus commerciorum publicus poſtulat, ut mercatrices posſint incarcerari, Paul. Chriſtian. *Vol.* 5. *deciſ.* 178. *n.* 4. Lauterbach. de jure in Curia mercat. uſit. *theſ.* 239. Mœv. *d. l. tit.* 3. *art.* 1. *n.* 129. *& ſeqq.* Illis enim (10) ob commerciorum commoda planè conditione muliebri exemtæ. Mœv. *d. l. tit.* 7. *art.* 8. *n.* 29. Marq. de jure Mercat. *d. l. n.* 10. Præſertim (11) in Contractu Cambii, qvi mutuô juſtior, Raph.

de Turri.

de Turr. tr. de Camb. *diſp. 1. qvæſt. 13. n. 91.* imò & qvolibet alio contractu tutior, qvi in hominum commercio exerceri poſſit, d. Raph. *qvæſt. 13. n. 83. & 91.* Hæc à noſtro ſacratiſſimo Electore ſanctè ſunt ſancita & emendata, ſecundum Novell. 18. *5. in fine.* Ad cujus obſervantiam Curia Provincialis Qvœſtori Lipſienſi in cauſa S.P. contra A.M.A. committit d. 22. Octobr. 1677. ſeq. modo: Ihr wollet gedachte A. in Perſon vor euch zu erſcheinen förderlichſt vorladen/ Sie ihren Wechſelbrieff gebührend recognoſciren laſſen/ auch darauff nach befindung dem Marck Reſcript und Wechſelrecht gemeß gebührender maſſen verfahren ꝛc. ꝛc.

Plura & exempla peti poſſunt ex Abrahamo à Weſel tr. 2. *de Connubiali tr. c. 3. n. 26. & ſeqq.* & all. Wibelio *de cont. Muliebr. c. 4. n. 199.*

§. 18. Studioſos qvod attinet, qvi in Univerſitate vivunt & deniq; de LIBERIS ſub patriâ poteſtate adhuc conſtitutis qværitur, an illis Senatus Conſulto Macedoniano ſuccurritur contra Cambiales? Reſpondetur qvod ſic. Non tantùm ex ſtatuto Academ. Lipſiaco, daß keinen Studenten/ (exceptis Nobilibus & aliis certis perſonis) an Wahren weiter nicht als 5. Fl. crediret/ und von einen Weinſchenken über 1. Fl. nicht geborget werden ſol ꝛc. Sed etiam ex hac ratione, qvod tale Cambium videatur palliatum, affirmârunt Dni. Scabini Lipſienſ. ſeqventi reſponſo ad Sempronium in cauſa Titii contra Cajum M. Januarii 1677. Lipſiam dato. Ob nun wohl die Univerſitäts Verwandten vermög Churf-Sächſiſch. gnädigſten Reſcripts dem Wechſel-Recht unterworffen/ die Contractus Cambii pro permutatione, oder emptione venditione zuhalten/ und dem Filiofamiliàs, das SCtum Maced. anderer Geſtalt nicht/ als in mutuo zu ſtatten kombt/ übrigens aber deſſen Obligation in Rechten vor kräfftig geachtet wird/ dieweil aber dennoch Titius den Werth in Leipzig baar/ item genüget zu ſeyn/ Inhalt des Wechſelbriefes bekennet/ und daſelbſten wieder zu zahlen verſprochen/ auch nicht zuvermuthen/ daß eine Perſon von dergleichen condition und

welche annoch an des Vaters Tiſch/ Wechſel treiben und handeln wolle/ hierüber zum Nachtheil des gemeinen Weſens ein Anlehn durch einen Wechſelbrieff nicht bemäntelt/ noch ein jus ſpeciale, als wen es alle caſus privilegiatos auffhiebe/ erkläret werden kan/ u. m. j. E. fr. So hat ſich auch Titius wieder die in dem Wechſelbrieffe enthaltene Schuld als ein mutuum palliatum mit dem Senatus Conſulto Macedoniano allerdings zubehelffen.

M. Januar. 1677. an Sempronio zu Leipzig.

§. 19 Opificum collegiis interdicta eſt mercatura, nec illis competit zutraſſiciren ſecund. Breslau. Ord. Camb. §. 1. Soll das Wechſel negotium einig und allein bey der Kauffmanſchafft beſtehen und keine Innung darmit zutraſſiren befügt/ ſonſten aber männiglich &c. Sed ipſi opifices invidualiter conſiderati, ſi cambia ſubſcribant, â coërcitione cambiali non ſunt exempti, qvod docet non tantum Edictum Electorale generale, ſed & obſervantia Curiæ, ſecundum præjudicium in cauſa D. W. H. D. contra G. S. de 1677.

§. 20. Deniqve inter campſores, & qvidem inter mercatores, qvibus lucrativa negotiatio Cambialis, diſtingvendum: inter Gubernatores & publicos Adminiſtratores, qvibus Politica præſertim belli tempore, ut majus evitetur periculum: & inter Patresfamilias, qvibus Oeconomica, qvæ neceſſitate urgente intenditur ad ſe ſuſtentandum, ſuamq́; familiam conceſſa. ſecundum Dominic. Gail. de cred.

§. 21. Hinc excludendi ad Cambia contrahenda SEX, cum qvibus interdictum eſt commercium. prodigi, *l. 6. ff. d. V. O.* Furioſi §. 9. *de inutilib. ſtipul. l. 40. de R. l. 1. §. 12. de O. & A.* Infantes §. 9. *J. de inutil. ſtipul.* Mente capti Forſt. *de Pact. c. 5. n. 8.* Extremè ebrii. Bened. Carpz. *p. 2. C. 15. def. 39* Qvo & refert mulieres. Hieronymus, à Luca in tr. de Camb. *c. ult. n.* 30. fundamentum ponit *in l. 12. ff. de edend.* Sed minus rectè, qvia allegata lex de munere publico argentariorum loqvitur. Hîc verò verſamur in contractu ad proprium ſpectante,

ctante, qvalis mulieribus non prohibitus *arg. l. 7. §. 1. de inſtit. act.* Conſtit. Elect. 15. *part. 2.* ibiq; Carpz. & Moller. Plura de iis perſonis, qvorum auxilio talis contractus perficitur, vide infra SECTIONEM QVARTAM.

## Sectio II.

## DE MATERIA CAMBII.

Oſtendimus, qvi poſſunt trahere cambia. Nunc videamus de objecto, ſive materia ſecundum §. 2. J. de ſuſp. tutor. Materia Cambii eſt pecunia: nam de eâ agitur in Cambiis danda & accipienda, tanqvam medio per qvod ſive materia. Reinking. *in tract. de Relig. conſang. qvæſt. 6. concl. 2. n.* 98. pecunia enim ſive nummus eſt ſponſor futuræ indigentiæ. Ariſt. 5. *Ethic. 8. l. 79. §. 1. de legat. 3.* omniaq; ſuo valore æſtimat & metitur *l. 42. de fidejuſſ. l. 3. de in litem juran.* Ariſt. 5. *Ethic. c. 8. in F.* In hunc contractum non (ut Bode ſentit *Diſp. th. 6.*) veniunt omnis generis pecuniæ, ſed tantum habiles *l. 1. §. pen ff. de Riv.* Moron. de fide Treuga, & pac. *qvæſt. 2. n. 1. & ſeqq.* Sebaſt. Medic. in tractatu *defin. p. 1. in proœm n.* 18. nemlich Wechſelgeld oder Pfennige ſecundum Stat. Hamb. §. 11. Pecunia Cambiata Joh. Jacob. Heydig. in Anleithung des Wechſels. *c. 6.* §. 1. qvod pro diverſitate loci diversè ſumitur, unde dicitur Symbolum collybiſticum, ſecundum Authæum Breviar. jurid. *l. 5. c. 9. p. 122. aut. nom. lib. 6.* Collybus Auffgeld ſive munus qvòd pro Cambio datur Martin. in Lexic. v. Collybus. Collybiſtæ qvi vendunt minuta æra pro aliâ pecuniâ ſive accepto collybo. Maxim. Fauſt ab Aſchenb. ærar *c. l. 4. ordin.* 435. Menſa collybiſtica *d. l. claſſ. 13. ord.* 948. Cambium manuale & minutum Joh. Jacob Heydig. *tr.* in Anleithung des Wechſels *cap. 1. §. pen. p. 2.* Qvid. §. 1.

§. 2. Abuſivè uſurpatur nomen Depoſt-Gelder/ unde nomen Geld auffnehmen / à Depoſito pro Wechſelgeld. Imò enim in obligatione non verò in literis Cambialibus aſſecura-

tur. Hæc pecuniæ ſpecies, etſi cum cambio affinitatem habeat, tamen mercatori non ad Cambium datur, ſed ut ſuo periculo eam in cambiis habeat expoſitam ſub pacto de lucro modico, Matth. Bod. *Diſp. de Camb th.13. p.* 55. Utpote illi, qvi neqveunt cambire, ut pupilli, & id genus alii, mercatoribus credunt & elocant. *arg.l.6.* §. 6.*l.*10.§ 8. Mandat. *l. 6. l. 26.* §.*1. pro Socio.*

§. 3. Illud tantum monetæ genus eſt in Cambium deducibile, qvod eo loci conſvetudine ſeu lege antiqvitus inſtituta ad peragendum contractum hunc eſt determinatum. Alia genera, præſertim in qvibus intrinſeca deficit bonitas, prohibita ſunt. Exempli inſtar die Lauenburgiſchen Groſchen ohne Jahrzahl/ de qvibus ſeqq. modo reſcripſit Seren. Saxo ad Senatum Lipſ. d. 17. Octobr. 1678.

Was maſſen ſich L. W. in Leipzig betreten laſſen/ gantz untüchtige Groſchen müntzen/ da einzuführen/ das ſtück nach dem rechten Werth etwan 7. Pf. würdig/und ſolcher Müntze in die 800 Rthl. hoch bey ihm angetroffen/ auch in die Gerichte verwahrlich beygeſetzet/ ſeine Perſohn mit areſt beleget/ uud die Inqviſition wieder ihn angeſtellet worden/ wie ihr nun recht gethan/ daß unſer Verordnung ihr dißfals nachgegangen/ Alſo habt ihr den Proceſs gebührend zubeſchleunigen/ daß Endurtheil uns einzuſenden/ und euch des Inqviſiten zuverſichern &c.

§. 4. Differentia eſt maxima inter Banco, Wechſel/ courrent Geld/ ſunt qvi vocantur Sächſiſche Wechſelthaler/ in gleichen Spanniſche Philips/ Alberts oder Creutz/ item Stehende Holländer/ Veeren/ Schaafhäuſer & id genus alii, qvi Lipſiæ & aliis qvibusdam locis etiam in Regularibus ferris ad ſolvenda Cambia adhibentur. Econtra Hamburgi non, nec pro Uſual-Müntze/ſed tantum pro 23. groſſis ſumuntur. In Polonia Moneta exigvi valoris e.g. die Brummer pro Wechſelgeld; in Germania verò vix pro Courrent geld dantur atqvè accipiuntur. Francofurti per vocabulum Reichsthaler intelliguntur Wechſelgeld

ſelgeld in groben Sorten ſecundum Wechſel Ordn. §. 14. ibiqvè in additam §. 2. oder Wechſelthaler zu 74. Creutzer/ item Königsthaler Wechſelgeld zu 82. Creutzer/ item Gülden Floreni zu 55. biß 60. Creutzer gerechnet/ cum tamen numiſma tale nunqvam cuſum eſt, Sprenger. Wechſel. *p.2. §. 12. in med.* Henrici Straßburg. Kauff- und Handels-Buch *part.* 10. Olim differentia fuit iuter Wechſelgeld und Species Reichsthaler Ordin. Colon. de Anno 1675. §. 9. Sed qvia Experientia omnes ac ſingulos præſertim mercantes & proficiſcentes ſatis docet. Utpote expertus eſt Frantz. Ferdin. de Troilo, qvi refert ſpecies pecuniæ in Inſula Cypri uſitatas ſcilicet PIASTRE, ſo einen dicken Thaler; Medin, welches einen guten Groſchen ungefehr/ und Bajocchi einen Schleſiſchen Creutzer bedeuten. in Itiner. Orient. p. m. 27. eos in ſuper declarare, erit de lana caprina. ideò his ſuperſedere, & ſilentii nube obtegere melius erit.

§. 5. Objectum hujus contractus deſcripſimus pecuniam. qvia omnes res æſtimat *l. pen. §. 1. C. de Conſt. pec.* Gail. *de pign. n. 6. c.* 13. nec ab alio taxatur. *l. 42. ff. de fidejuſſ. l. 1. ff. de Contrah. Empt.* Eâqvè deficiente Cambium eſſe videtur inſtar navis

amiſſis remis atqve ordine debilis uno.

§. 5. Qværitur: An argentum non ſignatum, die Spaniſche Matte/ Realen & id genus aliud pro pecuniâ, habeatur & is qvi tali in commercis utitur vel in monetarum officinas mittit pœnam incurrat? Reſpondetur diſtingvendo. Pro pecuniâ non habendum, qvia non eſt cuſa, vel Imago Imperatoris aut alius Principis eidem non impreſſa, interim tamen in commerciis eâ uti poſſumus, ut aliâ mercis ſpecie. Venit enim ut res ſecundum pondus & bonitatem in permutationem & tunc vendi poteſt *h. 9. §. 2. ad L. Cornel. de falſ. l. 1. C. de Veteris numiſmatis poteſtate* 11. 10. Qvomodo adhuc hodie Chinenſes argentô non ſignatô ad pondus in Commerciis uti ex Trigautii expeditione Chinica *lib. 1. c.* 3. adducit Raph. de Turri de Camb.

*Diſp.1. q.1.n.21.* Ob indigentiam verò pecuniæ æſtimationem recipit aurum & argentum *l.3. de eo qvod certo loc. l. 36. in fin. ad L. Falcid.* Lupus de Uſur. *Comm. 3. §. 2. n. 57. 58. & 73.* & illud æqvivalens rectè obſervatur in Cambiis contrahendis & ſolvendis *l.2.§. ult. l. 3.4. de eo qvod cert.* Petr. Gregor. Tholoſ. *de Uſur. lib. 2. c. 1. n. 8. in fin.* Cujus vivum exemplum nobis exhibuit opulenta claſſis Hiſpanorum anno 1627. à Batavis occupata, Raph. de Turri *Diſp.1.q.24. n.48.* Math. Bode *Diſp.theſ.1. E.p.7.* non tantum, ſed & Sereniſſimus Elector Saxoniæ, als Creys Obriſter in Müntzſachen/ ita decidit d. 24. April. 1677. in cauſa ſimili hiſce formalibus Nur aber bekant/ daß das Silber ſo aus Indien und folgends aus Hiſpanien an Matten und Realen ins Römiſche Reich kommet/ als ein richtig Stück der Commercien zu Behuff der Goldſchmiede/ Silberdrathzieher und ſonſten auch zu Bezahlung der Wechſel/ unentbehrlich/ dahero auch Silber zu ſolcher Nohtdurfft nach- oder von Leipzig zuführen niemahls verbohten &c. Item auch zwiſchen Realen ſo für Handelsguth geachtet worden/ und zwiſchen geprägter Reichs-Müntze/ derer Verbrechung verbohten/ ein mercklicher Unterſcheid ꝛc.ꝛc.

§. 7. Pecunia hîc ſumitur ſive materialiter & re, vel formaliter & ſpe. Priore loco pecunia numeratur als Zugk umb Zugk / Geld gegen Wechſelbrieff. Altero æſtimatur, wann ſich der Nehmer mit den Geber à advenant der Zeit und curs des Geldes nach/ vergleichet/ Waaren oder Effecten vor das Wechſelgeld empfängt/ vel ſi nomen debitoris datur, wenn auff des Schuldners Nahmen geſehen wird/ qvod idem eſt ac parata eſſet pecunia numerata, und darauff geſchloſſen were/ qvo caſu nummi fictitiè involvuntur & in aliud monetæ genus reſolvuntur.

§. 8. Pecuniæ ſpecies ſunt Floreni, Ducati, Joachimici, Thaleri, & hi iterum vel materialiter vel fictitio nomine ſumendi. In Imperio Romano qvid ſignificent Ducati neminem latet, Venetiarum verò ſunt Ducati Cornati & de Banco, hi ſunt ficticii, nomen habent non aurum. Ita Francofurti ad Mœ-

num

num nominantur Gülden/ut & in Polonia, cum tamen non inveniatur ſpecies Florenorum, ſed tantum ita nominentur. In ſimili Colonia & alius locus Grodt/ Amſtelodam Pfund Flämiſch/Lubeca, Hamburgum utuntur vocabulo Marck/ut & tales fictitii nummi in feriis Placentinis ſunt Scuti Marcarum Gail. de Credit *c. 2. tit. 7. n. 14. 32. & ſeq.* VOX MARCA ſeu MARCHA unde deſcēdat vide Scacc. de Cāb. §. *2. gl. 3. n. 18. & ſeq.* Alii uſurpant Sterling Sterlingias, ita vocantur Libræ Flandricæ & Anglicæ, cum tamen hoc magis ponderi qvàm pecuniæ adſcribi poſſit. Ne verò qvis mercatorum defraudetur, ſtatim ab initio Cambiorum notatur valor ſcilicet Ducati de Banco oder Gülden 6000. zu 74. 80. 90. X. &c. gerechnet / und hernach das Courrent in Wechſel überſetzet E. gr. 6000. Fl. oder Gülden/ den Gulden zu 82. Creutzer Wechſelgeld geben 90. X. Courrent. Hi jure Francf. non, ſed tantum à 74. X. ſumuntur in ſolut. Cambii §. 14. Was valutiren 50. biß 65. Rthl. Wechſelgeld/ Anton. de Roſſell. *de Uſur.* Spreng. Wechſel *pract.* §. *12.* Courrent, id eſt, pretium currens ſive curſus Cambiorum Italis corſo del Cambio, Belgis Preyß Courrant, cours von Negotie, cours von Wiſſelen/ Bod. de Camp. *Diſp. th. 2. Bod. p. 14.*

8. .6 Qvædam ſpecies ſunt firmæ, qvædam variantes, ſteigend und fallend. Ducati Venetiarum non: ſed Ducati Scuti. Floreni variant ſæpius. Ducati tales idem qvod Lipſiæ Thaleri ſunt, Hamburgi 48. Schilling Lübiſch: Amſtelodami 50. Stüber/Norimbergæ 90. Creutzer/ Antdorffii 48. Stüber valent. Scuti ſunt vel aurei vel argentei. Romæ, cum Cambiorum mentio fit, intelliguntur inita in ſcutis auri, in auro de qvinqvè ſtampis. Similiter Genuæ, ubi tamen variatum eſt, & nunc veniunt etiam ſcuti argentei: Venetiis & Neapoli in Ducatis. Mediolani & Bergani in Ducatonis, Raph. de Turri. Matth. Boden *Diſp. de Camb. th. 5. C. p. 23.*

§. 10. Dicuntur ita aut qvod Reges ipſorum inſignia imprimi juſſerunt, ut Raph *Diſp. 1. qvæſt. 1. n. 3.* Aut qvod ut ſcu-

tum ſive clypeus defendit, etiam ſcutus nummorum protegat à neceſſitatibus humanis ſecundum Scacciam & Hieron. de Lucca. *tract. de Camb. tom. 6. p. 1. n. 7.* Sunt iterum diverſi, & ſi ſaltem valent in Cambiis, Italis de qvinqve ſtampis & Callis Scuti ſolis, nobis Sonnen-Crone appellantur.

Francofurti ad ſolvendas Cambiales certæ ſpecies Gülden Stück/ Drittheil/ Lüttiche/ halb oder Qvarthal non admittuntur. Inter alias qvoqvè Alberti & aliorum plures qvam decem qvadrantes 100. florentis, annumerari neqveant. Ord. Camb. *art.* 2.

§. 11. Ratione loci diverſitate pecunia collybiſtica gaudet diverſis nominibus pro Termino à qvo vel ad qvem. Reſpectu illius ſcil. à Qvo vocatur Valuta, cujus gratia ſive ad Qvem Traitta vel Tratta intuitu trahentis, intuitu Remittentis meſſa ſive Remiſſe.

## SECTIO III.
## DE LOCO.

CONſeqvens eſt, ut videamus locum & ſciendum, ſecundum §. *Inſt. 3. de ſuſp. tut.* Qvod locus obſervetur in Cambialibus diverſus. Alius eſt à Qvo, alius ad QVEM, Ille Cambii perfectionem in qvo pecunia datur, hic ad ejus conſummationem ſpectat, qvò Cambiales dirigunt, acceptantur, reſpectantur & ſolvuntur, alius intermedius. e. gr. Lipſienſis Mercator qvidem deſiderat Venetiarũ 1000. Ducatos, ſolvit tales Zachariæ, hic Zacharias dirigit cambiales Noribergam ad Martinum & Conſ. Iſti juſſu illius cambiales dirigunt Venetias ad Chriſtophorum.

§. 2 Speciatim conſideratus locus eſt, qvam, freqventant mercatores cambii contrahendi gratia, aut aliorum negotiorum mercantium die Börſe/ Kauffmans-Platz/ Wechſel-Platz Latinè Burſam. Amſtelodami dicitur Lombarder-Platz; exinde qvidem, qvod Gibellini, qvi ex Lombardiis per Gvelphos ex Italiâ expulſi illum ædificârunt. ſecundum Jacob. Savarr. in voll-

komm.

komn. Kauffm. *p.* 225. Burſa elegans Lipſiæ ex providentiâ Ampl. Senat. qvo mercatores locum magis aptum freqventari poteſt, hoc Anno 1678. ex lapidibus ſtruitur.

§. 3. Præter hunc contrahentium etiam locus judicii conſiderandus eſt, plerumq; in Civitatibus Imperialibus certæ à Magiſtratu perſonæ ſunt deputatæ ad mercatorum cognoſcenda negotia & decernenda ex æqvo & bono, Rot Gen, *deciſ.* 7. *n.* 11. & 54. Gail. *Obſ.* 20. *n.* 5. & 27. *per l.* 29. §. 4. Mandat. vel de ſimplici & plano ſecundum ſtylum mercantilem. Rutger. Rulandi *Reſponſ. ſing. de aſſecur.* dici, qvod Cambia referuntur ad ea, qvæ certo loco; ratione qvorum notatu dignæ ſunt *l.* 137. *ff.* §. 1. *de Verb. Oblig.* & *l.* 4. §. 1. *de eo qvod certo loco*, qvod & Juri communi conſentaneum eſt. *l. ult. C. de Judic. l.* 2. *in fin. C. de conſtit. pecun. Nov.* 139. *pr.* ibiq;. Cujac. Edict. Juſtin. 7. *pr.* & *cap.* 3. 4. 5.. & præcipuè *cap.* 6. ubi ſpeciales judices inveniuntur ut brevi finem controverſiarum capiant. Bened. Carpz. *p.* 2. *Conſ.* 6. *def.* 9. & 10, Nòrimberga habet die Marckts Vorgehere/ qvod patet ex Ord. Banc von d. 16. Julii 1671. ibi &c. bey dem verordneten Marckt vorgehern/ allwo all von dem Banco herrühende Streitigkeiten eörtert ſollen werden/ und E. E. Rath darmit verſchonet bleiben. Anglici Hamburgi degentes mercatores, ſocietatis præfectum & Judicem Regiâ autoritate confirmatum habent & dicitur Kurtmeiſter. Herm. Lutherus de cenſu *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 40. Bozenſes privilegiati ſunt â Domo Auſtriacâ 1630. hiſce verbis: Es ſoll allweger iner aus den Kauffleuthen zum Conſule und 2. andere zu deſſen Rähte aus denen Kauffleuthen ſelbſt erwehlet werden/ welche Macht haben ſollen/ alles/ was unter Handels-Leuthen vorgehet/ zurichten und zuſchlichten. Porrò es ſollen auch die Kauffleuthe ihren eigenen hierzu erwehleten Notarium, welcher das Protocoll ordentlich halten ſoll/ haben/ ſambt einen Gerichtsbohten / und was der Conſul nicht vermag/ durch ſich ſelbſten kräfftigen genug ins Werck zuſetzen/ dem ſoll die Obrigkeitliche Hülffe und Hand zur Steuer kommen. Præterea jus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0035-0

jus habet arreſtandi perſonas & bona nec non prioritatem deſignare, ibid. juxta verb. ſeqq. Veſuntinis vulgo Beſonzoneſibus ex gratiâ conceſſit Carolus V. non tantum jus eligendi Magiſtratum de mercatorum cauſis judicaturum, ſed & transgreſſores ad 500. ſcutos auri in auro puniendi facultatem. Leg. *Feriar. c. 33. & 37.* Pariſiis nemini vitio qvodam imbuto patet aditus ad mercatorum præfecturam, Lanſ. in Orat. *pro Galliâ* Conſulibus certis cognitionem negotiorum mercantilium ad hæc deputatis permittit Magiſtratus Antvverpienſis. Meteran. *lib. 1. Annal. Belgicor.* Genuenſis Reſpublica ad res mercaturam concernentes conſtituit Magiſtratum ex tribus, Conſule & duobus conſiliariis ſecund. Capitul. Feriarum h. 18. adhibito Notario, qvi Cancellarius vocatur *d. l. c. 1. & 13. in fin.* Ita à priſcis Romanis mercatorum Collegium inſtitutum eſſe docet Livius *lib. 2. c. 27.* Talem mercatorum conſvetudinem & jurisdictionem confirmavit Paulus III. Pontifex, teſte Petr. Gregor. *lib. 4. de Republ. c. 7. n. 13.*

§. 4. Lipſienſes & Francofurtenſes ſpeciale mercatorum judicium non habent. Lipſiæ enim coram Prætorio Nobilisſimo, qvod ex Doctoribus aut aliis, etſi nō promotis viris, tamen ſolidè doctis, pietate, experientiâ & ſolertiâ præditis, ſimul cum mercatoribus peritisſimis & ſplendidisſimis, conſtat.

§. 5. Cauſæ mercatoriæ expediuntur celerrimè, ut in perſona ſe ſiſtat vel compareat, nullo admiſſo mādatario, cambiales recognoſcat, ſolvat, aut cautionem Creditori acceptabilem præſtet, aut deficiente hâc carcerem ingrediatur Debitor ruptus. Rota Genuæ de Merc. *Deciſ. 1. n. 24. 46. & paſſim* Scilicet qvi foro *cedit. l. 7. §. 2. depoſ. l. ult.* ibiqve Gothofr. *de curator. bonis dando.* Italis fallitus; Gallis banqverоutieur, Pet. Gregor. de Uſur. *lib. 2. cap. 2. n. 2.* Germanis Betrieger/ Latinis Decoctor dictus.

§. 9. Sententia Cambialis paucis in verbis conſiſtit Aut ſolve, aut cede Foro: ſecundum Formulam præſcriptam

im Churfürſtl. Sächſiſch. Marcktreſcripto de anno 1621. & 1660 Rationes decidendi, qvod literæ cambii habeant liqvidam probationem *arg. l. 26. §. ult. Depoſ.* Gail. de Cred. *c. 2. tit. 7. n. 23. 33. & ſeqq.* Item qvod celerioris ſint expeditionis & paratam habeant executionem Camill. Borell. *Summ. deciſ. p. 4. tit. 13. n. 114. & 130.* Berlich. *p. 1. concl. 8. n. 78.* porrô qvod ſint inſtar rei judicatæ. Seraphim. Oblivar. *deciſ. Rot. Rom. 530. n. 7.* & Deciſ. 562. *n. 2. p. 1. l. 2. de execut. rei judic. l. 4. §. 4. de rei judic.* Dein qvod dilatio ſit periculoſa l. *1. de damno infecto.* Tum qvod maturata fides exigatur Edict. Juſtin. 7. *cap.* 4. Gal. *lib. 1. obſ.* 27. 28. Exinde fit Executio ſine proceſſu, ſine libello, ſine citatione literariâ.

§. 7. Huic reſcripto Elector. obedientia ſtrictisſimè eſt præſtanda, ne ſummus Legislator motus per arctiora reſcribat. Utpote pro auctoritate Electorali non tantum Divus AUGUSTUS in aliqvo reſcripto d. 22. Novemb. 1575. hiſce uſus eſt verbis: Denn wir neben uns keinen Churfürſten zu Sachſen leiden können / ſed & Sereniſſimus ac Clementisſimus Pater patriæ & Elector Dn. Dn. Johannes Georgius II ſuam reſolutionem priorem, qvam abſoluto verbo (FIAT. Johann Georg Churfürſt) annotavit alterâ ſubſcriptione Menſ. Febr. 1667. hoc modo: ich befehls und will es haben / den ich bin Churfürſt.

Similiter cum authoritate locutus eſt Pius Rex Ægypti Gen. 41. 44. Ego ſum Pharao. Incidenter de hoc abſoluto verbo vel vocabulo plenariæ poteſtatis (FIAT) obſervandum venit, qvod tam in teſtamento novo Salvator noſter unicus eô uſus ſit & qvidem apud Matth. 15. 28. O Weib / dir geſchehe. Faciat tibi, ſicut vis, & ſanata eſt filia ex eâdem horâ: qvàm in Veteri ſecundum Geneſ. *c. 1. verſ.* 3. Fiat lux, & facta eſt: item verſ. 6. Fiat firmamentum, & factum eſt ita: nec non verſ. 14. Fiant lumina, &c.

§. 8. Debitor igitur ſi prima neglecta & altera inſinuatâ citatione non compareat per lictores ducatur in judicium, ſi

verò compareat & detrectet recognitionem, tamdiu in cuſtodiâ retineatur. Secundum Reſcript. Nundin. Utpote decretum eſt in Cauſa S. L. actoris contra J. H. Z. reum e. 22. Jan. 1653. Daß Beklagter die producirte documenta de dato d. 12. Jan. 1649. ſeines Einwendens ungeachtet/ gleichfals zurecognoſciren oder eydlichen zu diffitiren und biß er ſolches gethan/ Inhalts des Churfürſtl. Sächſiſch. Marcktreſcripti in dem bürgerlichen Gehorſam zu verbleiben ſchuldig ꝛc. qvo publicato reus ſtatim in cuſtodiam ductus eſt. Addatur ſeqvens Sectio 7. §. 17.

§. 9. Comparens & recognoſcens Cambiales absqve ſpeciali Creditoris conceſſione ex judicio dimitti neqvit, etiamſi offerat (talem, qvi aliàs ſecundus Autor appellatur *l. 4. ff. de Eviction.* Italis diciturStare del credere. Scac. *§. 3. gl. 3. n. 6. & ſeqq.* & beneficio excuſſionis non gaudet, Novell. 4. *cap. 1. pr. junct. cap. ult.* in Hyppolit. de Maſſil. *de fidejuſſ.* ſcilicet) caventem ſive Fidejuſſorem Carz. *p. 2. C. 18. def.* 7. ut & pignora aut cautionem, qvæ alias cautela vocatur, in *§. 5. Inſt. de attil. Tut.* ſi hæc actori ſufficiens non videatur per verb. Reſcripti Nundin. annehmliche caution. Ita decretum & publicatum d. 28. Aprilis 1638 C. Z. actoris ab una, & G. G. ab altera parte; Dieweil Beklagter ſeinen producirten Wechſelbrief de dato Leipzig den 17. Febr. 1638. recognoſciret/ Klägern aber die offerirte Caution nicht annehmlich / ſo iſt Beklagter Inhalts des Churfürſtl. Sächſiſch. dißfals ergangen Edicti ſub dato den 25 Julii 1621. alſobald in Gehorſam zu gehen / und biß er ſich mit Klägern abgefunden/ darinn zuverbleiben ſchuldig ꝛc.

§. 10. Appellatio an locum habeat? Negatur, præſertim qvoad effectum ſuſpenſivum ſecundum Marqv. *de jure Mercat. lib. 3. cap. 11. n. 11. & ſeqq.* Mœv. *part. 9; deciſ.* 133. nec non in Receſſu Imp. de anno 1654. hiſce verbis: als auch bey denen Handels-Städten in Wechſelſachen zu Meßzeiten und ſonſten &c. porro: daß in ſolchen Wechſels Fälleu dem Richter erſter Inſtantz unbenommen ſeyn ſoll/ ungehindert einiger Appellation nach der Sa-

chen

chen ermäßigung entweder mit oder ohne Caution der Gläubiger die Execution zuvollnziehen/ und die Debitores zur Schuldigkeit/ anzuhalten ꝛc. Talem procedendi modum in duabus ſibi commiſsis cauſis autor coram Prætorio Lipſienſi in caſu Johannis Sr. contra N. S. Menſ. Octobr. 1677. in caſu G. S. contra J. S. obſervavit. Genuenſes qvidē, qvod à delegatis ad Senatum appellari poſſit ſecundum dict. Capit. p. 18. & 37. concedunt. Sed provocatio ad Ducem non progreditur. Raph. de Turri *q. 1. n. 5.* Ita & à Bozenſi Magiſtratu mercantili, ſed hic decendium non obſervatur per verb. privilegii: Solte aber jemand von ergangenen Urtheil erſter Inſtantz appelliren/ denen ſoll zu Einwendung ſolcher appellation der nachfolgende gantze Tag Zeit gelaſſen/ aber nach verflieſſung deſſen ſoll der appellation nicht mehr ſtatt gegönnet werden/ &c. Lipſiæ, ſi debitor eſt præſens, non obſtante appellatione retinetur, & in locum Reverentialium decernuntur Refutatorii & qvidem tantum in honorem ſuperioris Seren. Electoris Saxon. propter recens Edictum generale d. 12. Aug. 1670 publicatum verb. demnach wegen der ergriffenen Appellation die Ehre des Ober-Richters zubeobachten und der Unter-Richter nicht weniger Refutatorien oder Bericht zuertheilen hat/ qvod ſi non obſervatur, Judex inferior mulctam incurrit 10. florenorum, utpote Seren. Elector. Saxon. d. 14. Aug. 1677. in Cauſa E. P. decrevit ſeq. modo: Dieweil aber ihr unſerm am 12. Aug. 1670. außgegangenen Appellation mandat zuwieder der eingewendten Appellation ungeachtet mit der Execution wieder Supplicantin verfahren und den erforderten Bericht zuvor nicht erſtattet/ dadurch in die darauff geſetzte Straffe gefallen ꝛc. Sed qvia occaſio facit furem, nulla fermè ſententia publicata fuit, contra qvem gravati cum Appellationis ſchedulà non ſint parati; Propterea Juſtisſimus Saxo ad limitationem motus in cauſa L. K. contra J. S. tale decretum ad Prætorium Lipſienſe d. 28. Junii 1678. miſit? Ihr wollet J. S. mit ſeiner Appellation abweiſen/ und die verwürckte Straffe von ihm einbringen/ auch wenn

ins künfftige derſelbe oder andere Partheyen dergleichen nichtige Appellationes zuergreiffen/ ſich unterfangen/ ſolche eher von ihnen nicht annehmen / biß ſie euren Statutis gemeß die in caſum ſuccumbentiæ geſetzte Straffe zu erlegen ſich anheiſchig gemachet/ welche ihr ſo dann auff erfolgte rejection gebührend einzubringen habet &c.

§. 12. Notandum qvod Senatus Lipſ. utpote in inqviſitoriis, ita & in cauſis mercatoriis, nullum ſuperiorem imò nec Curiam Provincialem, qvæ aliàs concurrentem habet juris dictionem, agnoſcit, excepto Electore Seren. hocqvè ex reſcripto ſpeciali; Ut & qvod nemini liceat neqvè in mercantili neqvè alia cauſa ſtante pede appellare, nec provocationis ſchedulam judicio introducere, ſed ad ædes Prætoris inſinuare oportet.

§. 12. De loco ſive foro Cambiali adjiciendum eſt, qvod ſit triplex? Domicilii *l.* 19. §. *4. ff. de judic. l. 29. ff. ad municipal.* Forum hoc domicilii vel generale eſt. Hiltrop. *Proceß. jud. pr. 1. theſ.* 2. *n.* 22. vel ſpeciale, idqvè iterum vel celebrati Contractus *l. 2. & 3. ff. de rebus aut jud. poſſid.* Carpz. *deciſ.* 219. vel Deſtinatæ ſolutionis *d. l. 10. ff. de judiciis & d. l. 3. nec non l. 21. de Oblig. & Act. l. 4. l. 9. ff. de eô, qvod certo loco.* Nec competit reo Campſori exceptio fori incompetentis Scacc. *de Commerc. §. 2. gloſſ. 5. n. 212.* Marq. *de Jure Mercat. lib. 2. c.* 12. *n. 72.* De loco Domicilii & contractus adde præjudicium infra allegandum in cauſa J. G. contra D. M. Ratione deſtinatæ ſolutionis verò vigilandum, ut debitor in perſona ibidem fiet. And. Gail & Struv. Exerc. 9. Syntagm. Jur. Civil. *th.* 42.

## SECTIO IV.

*Qvibus auxiliis* *§. 1.*

Superioribus Capitulis de Perſonis, Objecto & loco expoſuimus. Videamus nunc de auxiliis *pr. J. de R. D.* vel qvorum auxiliis tutus eſſe poteſt is, qvi §. 32. *I. eod.* cambire ſolet. Auxilium in trahendis Cambiis & ſolvendis præ-

præbent ut & conſervandis plures. Procuratores, Nuncii, Proxenetæ, Præſentans, Acceptator, Solvens, Tabellio. In procuratoribus peculiare reqviritur mandatū, ſi ſpeciales ſint, in generalibus verò non *l. 58. ff. de procurat.* Nuncius tantum inſtrumentalis cauſa eſt, & exinde non ſuum, ſed Domini conſenſum exprimat, adeoq; non ſibi, ſed Domino obligationem actionemq; profert, Alciatus *in l. 38. §. ſi ſtipules. n. 12. de V. O.* & Duaren. *in l. 126. §.* Chryſogonus a. de V. O. Lubben. *in diſput: de Camb. th. 27. c. 4.* Procuratores & nuncii differunt in eo, qvod interduos duorum Procuratores contractus celebrantur, non autem inter duos duorum nuncios. Proxenetæ, qvi aliàs Interpretes apud Plaut. & Ciceronem *& l. 3. de Proxenet.* Mediatores Lup. *de Uſur. comment. 3. §. 2. n. 33.* Pararii, Conciliatores, & inventores *l. f. C. de ſponſal. Can. 5. & ſin. cauſ. 1. qvæſt. 3.* Stracha de Proxenet. *part. 1. n. 11. & ſeqq.* Italis, Senſalis, Germanis ſecundum Speidel. Unter-Kauffer/ Mäckler/ Kauffmans-Handler/ Wechſelmacher in contrahendis interveniunt *l. 2. pr. ibi faciendi nominis & l. 3. in. fin. de proxenet.* qvi artem Campſoriam exactè norunt de pecunia permutanda & vigilantisſima cura perſcrutantur, ab initio de contrahentium perſonis taceant, *d. l. 2. & 3. de Proxen.* in fine verò ne Remittens vel Trattens de altera parte ignorent, aperiant *l. 8. Cod. de reſcind. vendit.* Sicuti Bartolus de Juribus, Hypocrates de Pharmacis, Muſicus de Muſica, Vinator de Vinea, Piſtorq; de ſiligine dijudicabit optimè, ita & Proxenetæ utpote cuilibet alii in arte credendum, in ſua profesſione ſive officio *per l. 79. §. 1. leg. 3. l. 6. ff. de legibus l. 21. ff. de ſtat. homin. l. 1. ff. de Vent. inſp.* Non obſtante qvorundam opinione, qvod ei fides non adhibenda ſit, in eo negocio, in qvo fuit mediator ex Nov. 90. *cap. 8. Weſ. n. 1. ff. de Proxen.* Farinac. *de teſtibus qvæſt. 60. n. 406.* & præcipuè Caſpar. Manz. in tract. de ſpecialib. in jure Communi 5 *verb. Matrimonii favor n. 38. p. 233.* Teſti enim non creditur propter affectionem ad impletionem cauſæ operâ ſua celebratæ & intereſſe ſuum interveniens, *p. l. ff. d. teſtib.* Vult. *lib. 1. conſ.*

*Marpurg*.15.*n*.192. Proxeneticum enim poſtulare poteſt, qvod nihil aliud eſt, qvàm merces debita proxenetis pro labore & induſtria, Raph. 2. *qvæſt*.13. *ad* 16. *&c.* Ratio melius judicantium eſt in promptu, conſiſtens in juramento ſpecialiter Magiſtratui & mercatoribus præſtito, qvod jusjurandum præſumptionem bonæ fidei inducit. Ludov. Gomez. *ad* §. *ex maleficiis Inſt. de action.* Bald. *in l. errorem col. 1. C. de teſtibus.* Formulam hujus obligationis juratoriæ in publicum ediderunt Francofurtenſes d. 15. Septembr. 1616. cujus ſimilem Nobiliſſima Lipſia Patria chariſſima obſervat. Præſtito huic plena adhibeatur fides, ita ut etiam ſummus Elector Saxoniæ Lipſiacos proxenetas contra Autorem ut Cameræ Procuratorem ſpeciale juramentum ab illis Juſſu Dn. Superiorum poſtulantem in cauſa monetarum defendit Reſcripto deciſorio.

§. 2. Fidem proxenetarum ulterius proſeqvitur Rota Genua *deciſ.* 97. *n.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 188. *n.* 7. *& ſeqq.* Huic adjiciendum qvod etiam non reqviſito Proxenetâ per literas cambia contrahi poſſint, Bode *th. 2 lit. c.* & Heydiger. *tract.* Anleithung zum Wechſel *cap.* 5 §. 60. kan auch *p.* 36. inter mercatores ipſos. Notandum enim eſt, qvod nemo in feriis proxenetæ munus exercere poſſit, niſi à Magiſtratu nundinali approbatus fuerit. Leg. feriar. Placent. *cap.* 7. *Chealcuno.*

§. 3. Præſentator; Si qvis in alio loco repræſentat cambiales ad acceptandum mandato remittentis.

§. 4. Acceptans, qvi præſentatas literas juſſu traſſantis qvod fieri ſolet durch einen aviſo Brieff/ acceptat, unde & Cambialibus hæc formula laut Aviſo inſeritur, Aviſoriæ autem ita concipi ſolent:

Anno 1678. den 29. Novembris in Erfurdt.

Monſieur ſalutem, dieſes dienet allein pro adviſo, daß wir auff den bey Ihm ſtehenden advango dato in unſern prima & ſecunda Wechſelbrief traſiret haben Rthl. 1000. current uſo doppio an die Ordre von Herrn N. N. zuzahlen / bitten die Tratta mit

mit williger acceptation und Zahlung zuverehren / wir haben dem Herrn umb die Summa allbereit Credito gegeben / erbiethen uns im Gegentheil dem Herrn Freundſchafft zuerweiſen / worzu mit ſeinem wehrten commendo Anleithung zugeben belieben wolle / ſoll mit realität bedienet werden.

§. 5. Acceptans habetur & nihil aliud eſt, qvàm procurator, qvem Factorem vocant, Mat. Bode *th.* 10. *C. p.* 47. ſive negotiorum geſtor Trahentis ut juſſu & loco hujus abſentis cambiorum ſolutionem præſtet. Raph. *Diſp.* 1. *q.* 1. §. 35. *& ſeqq.* Unde commune mercantium vocabulorum Tratta & Remiſſa, Tratten / Remiſſen / e. g. Hans Jacob hat in Hamburg einen Wechſel zubezahlen oder in Holland Wahren einzukauffen / Geld aldar nöhtig / giebt dahero Zacharias in Leipzig 6000. Rthl. courrent mit verglichener Lagio oder Auffgeld / daß ihme oder ſeinen Conſorten Johann ſolche zu Hambnrg in banco durch Caſpar E. Sohn / oder in Amſterdam durch Wilhelm an gänge und gebe Müntze wieder gezahlet werden ſollen / Johannes Jacob eſt remittens, Johannes Præſentans, Zacharias Traſſans, Caſparus & Wilhelmus Mediatores ſive negotiorum geſtores. De acceptationis Effectu vide ſeq. ſectionem 6. nec non de ipſius tempore ultimam ſc. ſeptimam.

§ 6. Solvens adhuc teſtat; Inveniuntur & qvi proprio motu in honorem Traſſantis ea cambia, qvæ Procuratores literis aviſii non attentatis, ſolvere noluerunt, acceptant, ſatisfactionem promittentes, damit der Traſirer nicht geſchimpffet werde. Sed hæc acceptatio fieri non ſolet, niſi prius acceptationem ille, cui tratta facta eſt, recuſaverit, & proteſtatum ille, cui res ipſa directa eſt elevaverit, Spreng. in Wechſel *pract* §. 17. Qvod per ſpeciale ſtatutum Hamburgi licitum eſt per verb. Mag der dritte zu Ehren deſſen / der den Wechſelbrieff außgegeben acceptiren ꝛc. Item &c. dieſelbe dritte Perſon iſt in Krafft der acceptation ſchuldig den Wechſelbrieff zubezahlen *p.* 2. *tit.* 7. *art.* 6. Tales cambiales proteſtationi jam ſubjectas honorare, ante omnes conce-

conceditur illi, qvi pecuniam exigere debet Aug. *Ord. de Camb.* §. 9. Præſtitâ hac ſolutione pro aliis ratione literarum, talis ſcribentem qvidem obligatum ſibi facit, Rot. Genua deciſ. 6. n. 8. Non tantum ad ſortem, intereſſe, expenſas, ſed & ad proviſionem d. Ord. Aug. §. 9. Jure tamen executivo exigere non poteſt pecunias Cambio datas licet prætenderet eſſe ſuas. Rot. *deciſ.* 10. Econtra obligatum non retinet eum cui ſolvit *deciſ.* 168. Aug. Gremplerus *l. in collect. Manuſcript. lib. 3. verb. Camb.*

§. 7. Duæ obſervandæ ſunt cautelæ: Prima pro acceptante, ut cambia ſimpliciter non acceptet, ſed ita ſubſcribat: Accepto ſupra proteſtatum in honorē literarum Leg. Feri. *c.* 35. & Statut. Genuenſ. *c.* 14. *de compens.* §. *qvi voluerit cambia ſeu trattas ſibi factas ſolvere ſupra proteſtum ad hoc ut retineat obligatum &c.* & qvidem non ſolùm ab initio *l.* 32. §. 14. *de recept. c.* 20. *in fin. de Regular. l.* 1. §. 3. *de Tribut. act. l.* 13. *in fin. de decur.* cum proteſtatio non retrotrahitur Gothofred. ex Bald. *ad L. ult. Cod. de negot. geſt.* ſed etiam in facienda ſolutione, aliàs à priori videtur eſſe receſſum *arg. l.* 38. *de minor.* Carpz. *p.* 2. *Conſt.* 33. *def.* 22. *d.* Stat. Genuenſ. §. *qvi voluerit.* Altera pro Tranſcriptas literas edente ſive tractante, ut ſubornet qvempiam in loco deſtinatæ ſolutionis, inſcio eo, ad qvem tracta directa eſt, ut in caſum deficientis acceptationis & ſolutionis honorem acceptet. Rot. Gen. *deciſ.* 6. *n.* 7. & *deciſ.* 31. *n.* 2.

§. 8. An miniſter ſeu famulus mercatoris absq; ſpeciali mandato cambia acceptare vel aliena in Dominum directa ſolvere poſſit? Negatur. Econtra de Inſtitore affirmatur. Sed qvid dicendum de filiis aut filiarum maritis? Ord. Camb. Franconf. ita reſpondet: Daß auch ſolche ihre anhero abgeſchickte Perſonen mit general oder ſpecial Volmachten verſehen / und dieſe vor iedes Principalen Obrigkeit legaliſiret ſeyn ſollen / §. 1. *d. l.* Et hæc mandata in copiâ Notario ad cauſas cambiales ordinato communicari ab eoq; Protocollo inſeri debent, juxta §. 2. *ſeqq.*

Si

Si plures ſocii, omnium pro & cognomina in mandato exprimi debent *ſeq.* §. 5. de Tabellione & aliis vide infra ſub explicatione formulæ. Nunc ſeqvitur

## SECTIO V.

# CAUSA FINALIS CAMBII.

EX ſubjectis apparebit Finis *prin. Inſt. de rer. div.* Finis Cambii, cujus ratione Juriſperiti magis qvàm ad modum ſunt ſolliciti, fundamentum habet ex cauſa, etſi non proximâ, tamen propinqvâ, ſcil. neceſitate, qvæ inventioni mater eſt, juxta Pii V. Pontificis decretalem de anno 1570. Siqvidem illa cambium progeneravit, cujus auxilio ſine oneroſâ transportatione argentum Campſores ad alia loca etiam remotiſſima tranferre poſſunt. Olim pecuniarum uſus ab initio in pondere & qvantitate (ut adhuc apud Svecos & Danos) conſiſtebat, id qvod multum laborem grandeq; onus, cum qvisq; contrahentium æs & libram ſecum portare ſemper ferè neceſſe haberet, cauſabat, ideò autoritate publicâ moneta cujus valor publicus eſſet, cudi cœpit, ut negotiantes hoc onere relevarentur. Sæpius enim evenit, ut qvis neceſſariò pecuniam in loco diſſito habeat, cujus transportatio realis præter oneroſitatem propter caſum infelicem fortè belli &c. periculoſa. *Cur?* *§. 1.*

§. 2. Cauſa verò cambiorum efficiens eſt vel propinqva vel remota, de qvâ dictum, vel proxima & immediata, qvæ illâ excellentior & exinde accuratius tractanda erit. *l. interdum 3. §. paterfam. 1. ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. uxori ff. de auro leg. l. ſed ſi 10. §. in arrogata ff. de vulg. & pupil. ſubſtitutione. L. ligni ff. 55. in fin. de leg. 3. Bald. in l. ſocium. 60. §. 1. ff. pro ſoc. Bruckm. l. aur. in repet. leg. ſi emancipati n. 252. Cod. de collat. Bart. in l. ſi fil. famil. 15. n. 111. ff. de judic. Scacc. de judic. lib. 2. c. 2. n. 484. Cubach. c. 5. Brocard. 7.* Qvænam autem ſit cauſa proxima, patet ex definitione Cambiorum, nimirum conſenſus campſorum vel contrahentium. Ratio eſt in promptu, qvia

campſores circa cambiales pecunias&literas conveniunt ex diverſis animi motibus in unum contractum *l. 1 §. 2. de pactis*: ita ut unius diſſenſu infirmari neqveat *l. nihil tam 35. l. fere. 183. ff. de R. J.* in præjudicium alterius. Fac. *cap. mutare, 33. X. de R. I. in 6.* Matt. Coler. *de Proc. Exec. c. 6. n. 64. l. 1. §. prodeſt. ff. qvorum legat. l. de accuſat. 14. §. fin. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Qvalis verò & qvorum conſenſus poſtulatur plura leguntur in Sect. 1. ubi de perſonis tractatum eſt.

§. 3. Finis ipſe Cambii eſt duplex. Primarius eſt utilitas publica & privata. Propter publicam enim utilitatem Cambiorũ contractus eſt introductus & à Pio V. Pontifice Romano in ejus Conſtitutione de Cambiis confirmatus. Qvia ſi auſferatur mercatoribus hoc cambiendi negotium vel potius beneficium, deficeret cambium, & deficiente eo, mercaturæ, nundinæ, & negotia qvævis, qvæ hodiè ad majorem commoditatem eô maximè egent cum usqvè ad remotisſimas orbis partes ſint dilatata, diſſiparentur, qvod Reipublicæ foret pernicioſisſimum & proinde maximopere præcavendum, ne unqvam cambiendi occaſio, utpote ex ejus defectu, ſicuti ipſa Respublica qvodammodo langveſcere & deficere cogitur, ita econtra ex illius exiſtentiâ & vigore ſpiritum & vitam trahere posſit. Privatos cambia exercentes & in ſpecie illum, qvem unum ex cambio Remittentem dicimus qvod attinet, & de qvo Poëta.

Naviget & mediis hyemet mercator in undis
Annonæ proſit portet frumenta penusqvè.

Qvomodo poterit ille merces ſibi domuiqve & familiæ ſuæ, ne dicam toti Provinciæ vel Civitati, cujus eſt incola, neceſſarias à longinqvis vel exoticis Provinciis, Gallia, Hiſpania, Italia, Britannia, India, &c. curare apportari, vel peregrinationis alicujus difficultatem inſe ſuſcipere, niſi id, pro faciliore commoditate, miniſterio cambii faciat; nam præter id qvod transportatio realis pecuniæ, ut dictum, propter latronum hoſtiumq; exſpoliationem, maris inconſtantiam, piratarum & prædonum

ſævi-

ſævitiam & rapacitatem admodum difficilis & oneroſa, imò ingreſſus alicujus regionis ob ſuſcipionem contagionis non nunqvam omninò prohibitus ſit, vel ſola numiſmatum diverſitas eſt, qvæ cambia de neceſſitate exigit. Neq; enim, ut nulli non notum, monetæ omnes ſimiles ſibi ubiqvè reperiuntur, & qvæ reperiuntur uno loco, non expenduntur in alio & ideò licet inſerviant qvandoqvè, ad res uno loco comparandas, id tamen non faciunt in alio, ut proinde mercator, qvi mediante hac negotiatione cambiorum circumſcriptis omnibus periculis & laboribus ex actuali transportatione alias perferendis ſolam occaſionis commoditatem merces ſuas vel aliunde huc advehendi vel hinc alio transportandi nanciſcitur, ſatis lucri faciat.

§. 4. Secundarius Finis eſt lucrum honeſtum & modicum, qvod negotiatores ob induſtriam, operas, ſumptus & periculum ex numiſmatum commutatione ſperant. Authæus Breviar. *jur. l. 5. c. 9. p. 122.* |*v. aut. nem. lit. B. p. 194. & 195.* Honeſtatis cancellis incluſum diximus lucrum. Ignotum enim nobis non eſt, qvod plures ex ordine Theologorum & aliorum inſignioris doctrinæ viri cambium judicarunt damnabile, multas adjicientes rationes apud Raviſt. *in ſerm.* Tacitus nominat vetus fœnebre malum, nec non ſeditionis & diſcordiarum cauſam *6. Annal.* & Saluſt. qvod fidem probitatemqvè ſubvertat, *in Catil.* Nec absqvè ratione adjicimus modicum lucrum ex Raph. *Diſp. 1. qvæſt.* 30. ipſe enim fatetur, qvod ſi modicum tollamus lucrum de cambii contractu, actum omninò ſit de arte campſoria, & non injuſtum, qvod qvis ex induſtriâ, qvæ rei licitæ accedit, conſeqvitur *l. 3. ad l. Falcid.* Tholoſ. de Uſur. *lib. 2. c. 2. n. 5. & 8.* nec ullus reperitur adeò fatuus, ut ſe ſuamqvè induſtriam propriamqvè pecuniam in eâ negotiatione exponeret. *Diſp. 1. qvæſt. 30* §. *16.* curasqvè tam magnas & multas ſollicitudines ſubſtineret, nec non ſumptus exiguos faceret. Scacc. de Camb. §. *1. q. 7. par. 1. n. 45.* Non enim videtur dolo facere, qvi jure ſuo utitur *l. 5. ff. de liber. exhib.* & ſuam conditionem meli-

orem facit *l. 1. §. iidem ajunt & l. 3. nec non l. cum eo ff. de ſerv. præ. urb.*

## SECTIO VI.
## CAUSA FORMALIS CAMBII.

*Qvomodo?* *§. 1.* HActenus ſecundum inſtituti leges in prioribus commorati ſumus. Pergamus ad modum & videmus breviter Qvomodo? Cauſa formalis conſenſus eſt; nam Cambium ut alii conſenſuales Contractus conventione perficitur, utpote & ſæpius alibi Wechſelgeld ſolvitur, etſi remittens nullas acceperit literas auffs Kauffmans Wort oder Parole. Sed majoris ſecuritatis, probationis facilioris & celerioris expeditionis gratiâ dantur Wechſelbrieffe / Wechſel Zettel oder Scheine. Hæ breviter & ſuccinctè ſtylo mercantili concipiuntur, unde à Matth. Bode deſcribitur, qvod ſint compendioſum & breve inſtrumentum privatum trium qvatuorve linearum *in diſp. de* „*Camb. theſ. 6. Bode p. 24.* obſervatis tamen ſuis reqviſitis ratio„ne perſonarum, locorum, cauſæ debendi, terminorum, pecu„niarum ſpeciei & aliorum. Totus enim actus vitiatur qvando forma, etiam in minimâ parte vel ad ungvem non obſervata. Berbachim. in *repert. p. 2.* Qvia tum demum res ponitur, qvando poſita eſt forma *l. 77. ff. de Tranſact.* Etſi qvidem ignotum non eſt, qvod formæ ſcientia ſit qvaſi umbra in ſole vulpiqvè compararetur. Wilh. de Valent, *in Part. litig. l. 1. c. 11. n. 6.* Freund. *in mor. reſcript. p. 294.* & exindè formam præſcribere ſive notare maximè difficilis ſit laboris, teſtibus Scalig. Keckerm. Reinking. & aliis.

§. 2. Tamen qvalemqvalem adjiciamus formulam ratione confectionis & aliorum reqviſitorum. FORMULA utpote in lingva Italica videtur apud Scaccium *de Commer. & Camb. §. 1. qvæſt. 5. n. 86. & ſeqq.* necnon ex Raph. de Turri *diſp. 1. q. 1. n. 9.* ita latine vel germanicè concipi poteſt ſeq. modo:

LAUS DEO Francof. ad Mayn. Paſchal.
1678. floren. cambial. 6150. Rthl. a 74. X. Proxi-

Proximis ad corpus Chriſti deſtinatis nundinis 1678. promitto ſolvere Bononiæ per ſolas haſce Cambii literas Dn. Andreæ E. heredibus ſummam florenorum Cambiatorum 6150. a 74. X. qvorum valutam ab ipſis accepi. Ponite ſicut vobis ſignifico.

Veſt. Dn. paratiſſ.

Mattheus. L.

Vel

Mit Gott den 28 Octobr. 1678. in Leipzig

618. Rthl. courrent

Vierzehen Tage Nachſicht zahle (oder beliebe zu zahlen) der Herr in Franckfurth am Mayn / dieſen meinen primam Wechſelbrieff / ſecunda unbezahlet (oder ſecundam Wechſelbrieff prima unbezahlet) an Herrn Heinrich W. oder Commis die Summa 618. Rthl. ſage Sechshundert achtzehen Reichsthaler courrent geld (gäng und geber Müntze) Valuta von Herrn Joachim E. durch Waaren vergnüget / Stellet à conto laut aviſo, verſpreche gute Zahlung / GOtt unſer Troſt

An

Herrn Hans Friedrich S. Zacharias C.

In Franckf. am Mayn D. H. d. w.

præſentiret und acceptiret ſolche Inhalts zu zahlen primo Novembr. 1678.

Hans Friedrich S.

Zahlt für mich an Herrn Johann Baptiſta und Conſ. ſoll mir gute Zahlung ſeyn.

Heinrich W. Sen.

alio modo

Laus Deo in Michaelis Meſſe 1678. 100. Rthl. Banco in ſpecie

Uſo zahle der Herr an Herrn Johan R. und Conſorten oder Einhabern dieſen meinen Wechſelbrieff die Summa Einhundert

 Rthl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540861-p0049-1

Rthl. Banco in ſpecie, ſo viel von ihnen ſelbſt an dergleichen Sorten baar vergnüget/ GOtt mit uns.

An

Herrn Criſtoph. H. D. H. d. w.

In Nürnberg. Anthon. B.

Hæ formulæ non unius ſed diverſi valoris ſunt, interim ex illis notula ſumenda pro lubitu & neceſſitate.

§. 3. Schedulæ iſtæ accuratè & purè ſcribantur arg. *l. 11. §. 3. ff de inſt. act.* Cautela obſervanda venit pro Creditore dubitante de debitoris facultate, an ſolvendo ſit? ut cambialibus hypotheca inſeratur conventionalis & privilegii nundinalis renunciatio verſpreche gute Zahlung bey verpfändung meines Vermögens (vel ne tam durum videatur bey einſetzung des meinigen) und mit Verzeihung der MarcktFreyheit/ qvo facto Creditor prærogativam non tantum habet, (ut in ſimili Dn. B. C. in concurſu Carol: Gynth: B. præ omnibus ſolutionem accepit) contra concreditores, ſed & priore ſeptimanâ ſolutitionem urgere poteſt.

§. 4. Literæ differunt, cambiales, aviſoriæ, & Spachia. Cambiales extraduntur Remittenti vel Præſentanti. Aviſoriæ mittuntur ad mandatarium negotiorum geſtorem, vel correſpondentem. Illæ ſi retineantur præjudicant, de qvibus infra. Aviſoriæ verò non *arg. l. publ. §. fin. ff. depoſit.* Gamma *deciſ. Luſit. 336. per tot. De Spachis vid.* Raph. de Turri *Diſp. 2. qvæſt. 1. n. 11. & 12.*

§. 5. Exinde veniunt perſpicienda (1.) Rubrica (2.) Locus. (3.) Tempus. (4.) Sola, prima, ſecunda aut tertia (5.) ſumma, (6.) Mandatū de ſolvendo & literæ aviſoriæ (7) Commis. (8) Cauſa debendi. (9) Inſcriptio. (10) Præſentatio. (11) Acceptatio, (12) Inductio & (13) Proteſtatio. Primum ſcilicet Rubrica qvatuor comprehendit (1) Honorem divinum, per verb. Laus Deo vel per Adjeu, qvod alii ſignant cum ſanctâ ✠. Marqv. de jure mercat. *lib. 3. c. 9. num. 74. & l. 2. C. 12. 68.*

Styp-

Stypman. *de jure marit.* Italis Lodatoſia Iddio. Math. Bod. *th. 6. B. p. 24.* (2) Locum per verb. in Naumburg. (3) Tempus, Meſſe / 1678. *l. 1. §. 2. in fin. & l. 6. §. 6. ff. de edend.* & (4) Summam ejus qvalitatem per verb. 100. Rthl. Banco inſpecie. Sic paucis contenta totius Cambii per rubricam præmittuntur.

§. 6. Error in rubricâ commiſſus ratione temporis non vitiat literas. Loci verò error in dubium vocat præſentantem, qvo illas remittere debet. Stypman. *de jure marit. & naut. p. 3. c. 8: n. 46. & ſeqq.* Qvando autem alia ſcil. major ſumma in Rubrica, alia & minor in contextu, etſi illic vera, hic errata, tamen contextus majorem habet fidem, utpote ab Autore obſervatum nundin. Jubil. 1677. coram Prætorio Urbano Lipſiaco: ubi cum nomine rei excipiebatur de minore in contextu detentâ ſummâ, actor cecidit cauſâ, verba ſententiæ erant: Daß Beklagter auff die erhobene Klage / inmaſſen ſie anbracht / ſich einzugelaſſen nicht ſchuldig.

§. 7. & 8. Locus & Tempus conſtituunt diſtinctionem inter cambiales regulares, qvæ feriis annalibus, & irregulares, qvæ nullo tempore & loco obſervatis contrahuntur. Suntq; duplicia Dati & ſolvendi. Leg. Feriarum Plac. *cap. 2.* Gaii. de credit *c. 2. tit. 7. n. 23. 24. & 23. 48.*

§. 9. SOLA denotat, qvando unica editur Schedula, Prima reſpectu ſecundæ. Secunda & Tertia intuitu primæ inſeruntur, ſi duæ ac plures & qvidem in favorem remittentis propter majorem ſecuritatem arg. *l. 24. qvi teſtam. fac. poſſ. l. ult. de his qvæ in teſtam. l. 47. de legat. 2. l. 1. §. 7. De bonor. poſſ. ſecund. tab. l. 3. §. 1. de tab. exhib. §. 13.* traduntur, ne pecuniam expectans, primâ aut ſecundâ perditâ vel itineris periculo amiſſâ impediatur in perceptione ipſius. Idiomate Italicô, Per qvæſta prima, ſecunda ê tertia di Cambio & per una volta tanto. Latinô, per hanc primam, ſecundam, Tertiam vel ſolam. Germanicô, dieſen meinen erſten / andern / dritten oder eini-

einigen Wechſelbrieff. Interdum hiſce adjectis den erſten oder andern unbezahlet Solvite per has primas, Cambiarias ſecundis & tertiis literis non ſolutis. Scacc. de Camb. §. 1. q. 5. n. 73. Traſſans tamen accuratiſſimè obſervare debet, ut prima, ſecunda, tertia ejusdem ſint tenoris, ne damnum ipſi eveniat. Bode *de Camb. theſ. 6. lit. C.* Unâ vel alterâ acceptatâ & ſolutâ reliqvæ exſpirant.

§. 10. SUMMA non numeris 6150. Rthl. tantùm, ſed & literis exprimenda, neqvis doloſè notas numerales vulgò Ciffris vel ut alii ſcribunt Cyphris aut Siglis *arg. l. 11. §. 3. ff. de inſtit. act. l. 6. §. f. de bon. poſſeſſ. l. 1. §. pen. C. de V. I. E.* Ord. Notar. de anno 1412. §. nach den Sieglen / Buchſtaben ſecundum Heydig. *c. 7. p.* 59. deſignatas augeret. Spreng. Wechſel *pract. p.* 40. *in fin.* & pro centum ſtudio malitiæ Nov. 188. peteret mille *per l. 6. §. fin. ff. de honor. poſſeſſ. l. 1. §. pen. C. de V. jur. enucl.* Ordin. Notar. *de ann.* 1512. Et ſic falſum addendo, radendo, mutando evitetur. Aug. Grempl. manuſcr. *Vol.* 7. *p.* 482. Nam ut novimus lucelli causâ gens hominum per ſcelus omne ruit Voigt. *in tr. de Camb. analyt. cont. theſ.* 7. *L. p. m.* 93. Summæ principali ſtatim in primâ lineâ apponitur L'age, D'aggio, ut in formulis prioribus circa qvantum 618. indicatum.

§. 11. Species pecuniarum ſilentiô non prætereundæ, Tres leguntur in propoſitis Cambialibus, Wechſelgeld / courrent & Banco in ſpecie. Wechſelgeld intelligitur, qvæ loco ad ſolutionem deſtinato non verò contractus zu Wechſel geben und genommen wird. Courrent de notat gänge und gebe Müntze Banco in ſpecie ſignificat Banco Rthl. Stück vor Stück *per Nov.* 128. *cap.* 1. *verb. in ſpecie.* Non poteſt per valorem vel aliam ſortem cum Lagio oder Auffgeld / ſatisfieri Utpote videre licet ex Conſult. Dn. Præſidentis & Conſiliariorum Appellationis Judicii ſupremi Saxon. d. 5. Julii 1609. habitâ accuratiore deliberatione & conſultatione cum aliis Elector. Sax. à ſanctioribus conſiliis.

Wann

Wann in denen Schuldverſchreibungen der Debitor zu Thalern oder Goldgülden in ſpecie ſich verſchrieben und kein valor denſelben darbey angeſetzet, ſo ſoll der Debitor dem Creditori die verſchriebene ſpecies an Thalern oder Goldgülden zubezahlen ſchuldig ſeyn / jedoch ander Geſtalt nicht als Vermöge der Churfürſtl. Sächſiſch. *Conſt.* 28. *p.* 2. Nemlich in dem Werth was ſolche Sorten tempore contractus oder auffgerichteten Verſchreibung gegolten / und ſoll der jenige / Was von Zeit ſolcher verſchriebenen Sorten am Werth höher geſtiegen / abgezogen werden / wann aber der Debitor in ſeiner Verſchreibung bekennen würde / daß ihme der Creditor eine gewiſſe Zahl. Rthl. oder Goldgülden Stück vor Stück geliehen / und ſich darneben verpflichtet / daß er auch ſolche in eadem ſpecie, wie ſie ihme geliehen / Stück vor Stück gerechnet / wiederumb bezahlen wolle / und alſo die Species der außgeliehenen Sorten in obligatione & ſolutione conjunctim benennet ſeyn / abermahls ohne Benennung des Valoris; In ſolchen Fall ſoll auch der Debitor vigore pacti conventi ſchuldig ſeyn / den Creditorem mit denen verſchriebenen Sorten Stück vor Stück zubezahlen / und ſeinen Brieff und Siegel nach zukommen / unerwogen / was ſolche Sorten zur Zeit der Verſchreibung des Contracts gegolten / und ſeit deroſelben Zeit geſtiegen oder gefallen. Da aber einer Thaler oder Goldgülden in ſpecie zubezahlen ſich zwar verſchrieben / aber doch in der Verſchreibung einen gewiſſen valorem derſelben dabey benennen würde / ſo ſoll der debitor die ſpeciem der Thaler und Goldfl. dem Creditori zuerlegen nicht ſchuldig ſeyn / ſondern wann er den in der Verſchreibung geneñten valorem entrichtet / damit ſeinen Brieffe und Siegel eine gnüge gethan haben. Hoc deciſum Facultatibus non tantum & Scabinatibus, ſed & reliqvis collegiis eaqve inter der Stiffts Regierung zu Merſeburgk per Reſcript. Elect. ſub dato d. 26. Aug. 1628. inſinuatum. Nec non antea ita pronunciatum Termino Trinitatis 1609. in cauſis V v. L. contra die Stadt B. und H. & in cauſa C. J. contra G. von M.

G §. 12

§. 12. Mandatum exprimitur per verba: Zahlet vor mich/ oder der Herr beliebe zubezahlen und ſtelle es à Conto, qvod ex concomitantibus literis repetitur intimatoriis. Hæ dicuntur advis Brieffe. Literæ aviſoriæ vel aviſii, vel de aviſo; Et ſcribuntur ex duabus rationibus, ut Remittens certior ſit & Traſſantis Procurator promptior ad ſolvendum, nec ſe ratione numerationis excuſare qveat, als wenn er keine proviſion in händen hätte. noch wo er ſich ſeiner Rembours halber re-und prævaliren oder regreſs nehmen könne.

§. 13. Literæ aviſii habentur pro fundamento acceptationis, qvibus deficientibus acceptatio recuſari & ſolutio differri poteſt, niſi fiat, *pour honneur de lettres*, ſive pro honore literarum, de qvo ſupra verb. ſolvens. Sprenger Wechſelbr. *p.* 44. Heydig. *d. l. cap.* 7. *p.* 61. Solutio enim fit multivario modo. Hic obſervatur, qvod ſolvitur 1. ſimpliciter, qvando is cui literæ cambii ſunt directæ, absqve proteſtatione acceptat & ſolvit. 2. Qvando cambia â Traſſantis procuratore non reſpectantur, ſed remittuntur cum proteſtu & tunc ab ipſo ſors cũ expenſis ſolvitnr. 3. Qvando Cambiales non abſolutè ſed â tertio interveniente ſolvuntur cum proteſtatione, ſe nolle acceptare delegatum ut debitorem ſed ſcribentem & in honorem hujus ſoluturum. Et hoc eſt, qvod diximus zu ehren des Außgebers. Ex qvo ſolventi & honoranti oritur actio negotiorum geſtorum, qvia negotium utile illius geſſit & liberavit â ſuo creditore. Rot. Gen. *deciſ.* 6. *n.* 7. *verſ.* 8. & *deciſ.* 32. Menoch. *conſ.* 296. *n.* 24 Bapt. Gravet. in tract. de Camb. *tit. de ſolvente in loco ad aliqvem f.* 256 Scacc. §. 2. *gl.* 5. *n.* 357. Vel actio ex conſtituto ſecundum Stypman apud Heydig. in Anleithung des Wechſels. *cap.* 2. *p.* 10 qvod ſæpiſſimè fit inter mercatores bonæ fidei & ſinceri animi teſte Raph. de Turr. 2. *qvæſt.* 1. §. 36. & *ſeqq.*

§. 14. Proviſionis vocabulum dupliciter ſumitur. Prima facie reſpectu Tractantis ſive debitoris Cambii, vor die Mittel/ ſo er an einen Ort in oder auff dem Lager hat/ unde proviſion verſchaf-

ſchaffe idem eſt Geld übermachen; altera Procuratoris intuitu, qvæ dicitur merces compenſativa laboris debita illi, qvi operam adhibet ſuam in illo negotio complendo tractam: Raph. *Diſp. 2. n. 56. & diſp. 3. qvæſt. 1. n. 15.* vel qvi periculum cambii in ſe ſuſcipit, d. Raph. 2. *qvæſt.* 13. *à.* §. 13. *ad* 16. *&c.* Inveteratâ conſvetudine tertia pars unius Imperialis pro ſingulis centenis imperialibus ein Drittheil pro cent. ſolvebatur. Diana Reſol. moral. *tr. 8. de contr. reſol. 6. & ſeqq.* Lup. de Uſur. Comment. 3. §. *2. n.* 78. De proviſione prima adhuc notandum, qvod ſolvens trattam, ſi bona penes ſe habeat à trahente, etſi foro cedat, & alii creditores privilegio prioritatis ex hypotheca convẽtionali arreſto & alio modo muniti interveniant, tamen jure retentionis & prærogativæ gaudet ex ſpeciali Edicto Elector. Sax d. 4. Sept. 1669. ibi:

Wollen wir es wegen der Güthere / welche einen oder den andern in commiſſion gegeben / allerdings in andern Handels Städten eingeführet und üblich ſeyn ſoll / nicht weniger bey unſerer Stadt Leipzig dero Geſtalt hinführo gehalten und in acht genommen wiſſen / daß der jenige ſo von einem andern Waaren in commiſſion zuverkauffen empfangen hat / darneben aber von demſelben mit Wechſel beleget worden / wegen ſeines Vorſchuſſes an denen empfangenen Waaren ſich bezahlet zumachen berechtiget / auch da in fallimenten und ſonſten ſolche Waaren mit Arreſt. oder Verboht beleget würden / er mehr nicht / als das reſiduum, ſo nach ſeiner Befriedung übrig verbleibet / heraus zugeben / ſchuldig ſeyn ſoll. &c. Huic conſentanea eſt Francof. Ord. Camb art. 20. Der von einem andern Waaren in Commiſſion hat.

§. 15. COMMIS à committere derivatur & denotat fidelem detentorem vel poſſeſſorem Cambii ſcilicet Ordre oder getreue Jnhaber des Wechſelbrieffes / ſunt qvi tales Cambiales abſolutè ſolvant. Alii verò cautius mercantur, qvi ceſſionem vel inductionem, die induoſe in tergo, unde induoſiren / qvaſi in dorſum ſcribere & Giriren / plures facere inductiones, & hoſce

ceſſionis loco vel delegationis altera pagina ſollicitant, qvæ eandem efficaciam in judiciis, qvàm ceſſionis ritè & ſolemniter confectè habent, loco vocabuli (commis) alii uſurpant talem formulam oder denjenigen ſo er ordiniren wird. Commis in Cambialibus invidualiter nominatur aut non. Poſteriore caſu jam conſultum per inductionem durch die indouche. Priore verò qvando nomen Commiſſarii expreſſum legitur, ſpeciale non reqviritur ad exigendam ſummam mandatum. Spreng. in der Wechſel *pr.* §. 5. Gryph. Oecon *leg. lib. cap.* 20. *n.* 72. 73. Mercantili ſtylo brevibus expeditur verbis: zahlt fur uns an Herren Caſpar und Georg B. iſt uns gute Zahlung.

Georg und Heinrich W. der Jüngere.

Hæc ſubſcriptio prænominis & cognominis utilis & neceſſaria tam in Cambiis, conſcribendis, qvàm in acceptionibus & inductionibus, ut paulò poſt docebitur.

§. 16. Inductionis tempora & Aſſignationis diverſis in locis etiam diverſa obſervantur. Colonia obſervat ſpacium 6. dierum, ſecundum WechſelOrdn. daſelbſt. Hamburgum & alia aliter. Indoſſe primum vel unicum campſores tenentur acceptare; econtra qvando intuitu ipſius ſolutio non ſeqvatur, Debitor ſive edens cambii obligatus eſt, ut ſolvat ipſe per caſſam d. Colon. Ordin. Camb.

§. 17. Verba zahlet vor mich adhuc obſervatione digna ſunt. Nam habentur Imperatoria, & duos habent effectus. Primus eſt ut literæ ſint diſpoſitivæ, ideoqvè irrevocabiles, Alter ut tollant omnem moram dilationem & exceptiorem. Differentia & hæc notanda intra inductionem den Jnhalt zahlt für mich/ſoll gute Zahlung ſeyn/ oder den Jnhalt zahlt für mich (adjecto hoc) valute oder den Werth von ihm baar vel Wahren vergnüget. Priore caſu purum mandatum eſt, ut aliter meo nomine accipiat, & tamen pecunia mea maneat; poſteriore verò caſu accipiens fit dominus pecuniæ Jac. Sav. *p.* 246. & 147.

§. 18. Qværitur ſi vocabulum Commis in Cambialibus

non

non legitur, an ille ad qvem indouſche vel inductio in tergo vel in fine Cambialium directa, ſolutionem exigere poſſit. Reſpondetur qvod ſic & probatur ex reſponſo Dn. Scabin. Lipſ. Iſt Sempronius Cajo mit 726. Rthl. 15. Gr. an zwey unterſchiedenen Poſten verhafftet geweſen/ auch deßwegen zwey Wechſelbrieffe an ihn haltend außgeſtellet / nach dem aber Cajus nach Leipzig kommen / hat er ſo viel von Mœbio erhoben / hingegen ihme gedachte Wechſelbrieffe das Geld von Sempronio zuempfangen übergeben / und mit folgenden Worten:

Inhalt dieſes bezahle der Herr an Titium & Sejum Valuta von Mœbio Leipzig Michaelis Meß 1669.

N. N.

Die 2. Wechſelbrieffe unterſchrieben / als nun dieſelbe zur Verfallzeit Sempronio præſentiret und die Zahlung von ihm begehret / hat derſelbe ſolche zu acceptiren verwegert / mit Vorgeben / Er habe mit niemand als Cajo zuthun. Ob nun wohl die Wechſelbrieffe bloß nnd allein auf Cajum eingerichtet / und das Wort commis wie ſonſt öffters pfleget geſetzt zuwerden / darinnen nicht begrieffen / dieweiln aber dennoch Cajus unter die Wechſelbrieffe geſchrieben / daß Sempronius die Zahlung an Titium und Sejum leiſten ſolle / alſo ſein Recht an dieſe beyde transportiret / N. M. J. E. X. So iſt auch Sempronius ſeines Einwendens ungeachtet / die Gelder ihm zubezahlen / und alle dißfals verurſachte Schäden uud Abfall des Geldes auch verurſachete Unkoſten zuerſtatten ſchuldig. In ſimili ad Acta coram Prætorio Lipſ. ventilata judicarunt Dn. Scabini Nund. Michaëlis Lipſ. 1677. in cauſa S. contra G. C. M. & conſ.

§. 19. Cauſa debendi: Valuta, vel per la valuta, ha valuta Italico: & noſtro den Werth von ihm empfangen confeſſionem de pretio Cambii den Preiß in Wechſel continet, fit qvadruplici modo (1) den Werth empfangen / qvamlibet ſatisfactionem denotando. (2) der Werth omiſſo ſolutionis modo ſi-

ve per qvod, Ratio qvia hoc indicari ſolet per literas adviſii Matth. Bode *th. 6. B. p. 24.* (3) Durch Wahren empfangen/ Jac. Savarr. *cap. 20. p. 229. & 25.* (4) den Werth von mir ſelbſt. Qvando principalis transmittit Cambia ad factorem ſimul ordinando, ut de ſuo ſolvat creditori, vel ad amicum erigit cambium, utpote ſimilem formulam obſervavi in cauſa M. L.

Nürnberg den 22. May 1677 Rthl. 630.

Auf ult. Jan. 1678. zahlen die Herren pro dieſen Sola Wechſelbrieff an mich unterſchrieben oder Ordre 630. Rthlr. den Werth von mir ſelbſt/ und ſtellets auf Rechnung laut &c.. Cum verò de hiſce qvæſtio movebatur; utrum verum Cambium ſit, vel nuda tantum aſsignatio? Dn. Scab. Lipſ. de hac conſulti reſponderunt ad Autorem M. Septembr. 1678. ut infra ſeqvatur. Valuta aliàs Prezzo ſive pretium reſpectum habet ad locum à qvo ſive contractus, utpote Tratta, Tracta ſive Traitre ad locum ad qvem ſive ſolutionis Joh. Jac. Heydig. in Anleithung des Wechſels *c. 6. p. 52. & 53* ibiqvè pergit, qvod hoc pretium ſit vel judiciale & taxativum â Magiſtratu determinatum vel conventionale inter partes contractum. Multi Doctorum præſertim Raph. de Turri & Scacc. nec non omnes ferè mercatores in opinione ſunt, qvod ſufficiat Cambialibus ineſſe verba allegata den Werth von ihm vergnüget/ ita ut exceptio non numeratæ pecuniæ opponi neqveat. Anteqvam egrediamur ad JCtorum opiniones adjicienda eſt cautela ex differentiâ ſive qvis ſcribat, Valuta den Werth von ihm ſive per la Valuta habita den Werth von ihm empfangen. Priore caſu omittitur verbum ACCEPISSE. & ſic intelligitur Valuta accipienda & tunc ex non accepti pretii exceptione periculum cambiales tenenti exiſtere poteſt: Poſteriore verò talis oppoſitio locum non habet, Matth. Bode *th. 6. B. p. 26.* Revertamur & videamus an neceſsarium ſit, ut pretium ſive qvomodo wie der Werth empfangen ſey? exprimatur. Negativam non tantum JCti Argentoratenſes & Colonienſes ſecund. Voigt. *de Camb. th.* 7. Sed & arbi-

arripuerunt Domini Scabini Lipſienſes, ut in cauſa Joh. von Wirths contra Johann. Schneiderum ad prætorium Lipſienſe ita reſponderint; Hat Hans von Wirth in einem Wechſelbrieff de dato Leipzig in Neu Jahrs M. 1622. an Hans Schneidern oder treuen Inhabern deſſelben / die Summa von 400 Fl. zu 60. Cr. umb den Werth wie er vergnüget zubezahlen verſprochen und zugeſaget N. M. J. des uns zugeſchickten / Wechſelbrieffes und E. F. So iſt ermeldter Hanß von Wirth ſolchen Wechſelbrieff nach die 400. Fl. zu 60. Cr. zuentrichten ſchuldig und kan ſich darwieder mit der vorgeſchützten Exception non numeratæ pecuniæ geſtalten Sachen nicht ſchützen. Decidendi rationum loco afferri poteſt (1) Cambium verè mutuum non eſſe, in qvo tantùm Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur. (2) in Cambiis non de apicibus juris, ſed æqvo & bono judicare licere, *l. ſi fidejuſſor* 29. §. *qvædam ff. mand.* & Nov. 4. *c. ult.* Zang. de Except. *p.3.n.14.* (3) Mercatores ſolùm vel principaliter eſſe campſores, & inter illos hanc exceptionem non habere locum, Carpz. *p.1. C.32. def.* 69. (4) Vocabulum den Werth vergnüget / valuta von ihm / efficaciam habere oportere, ſiqvidem & illud partim confeſſionem acceptæ pecuniæ, partim inducat renunciationem privilegii. Sigism. Scaccia *de Comm. & Camb.* §. 2. Gloſſ. 8. *n.* 6. & 12. qvibus & (5) adjici hoc poteſt, qvod Cambia habeant vim publici inſtrumenti de conſvetudine, qvâ nihil magis alienum, qvam hujusmodi exceptio, qvæ talem Cambiorum praxin everteret, Scacc. *d. l. pag.* 408. Raph. de Turr. *Diſp. 2. qvæſt. 16. per tot.* Ad contrariam tamen ego perductus ſum, ut cauſa debendi clarius exprimatur, wodurch Valuta erfolget? & exinde ſimul inſeratur unicum vocabulum, baar oder durch Waaren / den Werth von ihm baar (Waaren) vergnüget / qvod & poſtulat ordin. Pariſ. *art. 1. tit.* 5. & qvidem ad evitandas plures incommoditates, cum interdum ſchedulæ tantum extraduntur, utpote elegantiſſimum caſum annotavit Jac. Savarrii Vollkomn. Kauffman. *p.* 233. 235. & 239. Aliâs tene-

teneri actorem probare numerationem, qvod ſi non fiat ſeqvatur abſolutio, ſecundum tritum, & qvidem tam per expreſſam *L. ex cautione 3. C. de non num. pecunia*, qvam Foller. ad Marant Joh. Bapt. Cavar. Salycet. Benev. Strach. And. Fachin. & plurium JCtorum opinione ſecuriore. Præſertim ſubſecuta Seren. Elector. Saxon. autoritate, de qvâ paulò poſt. Inficias qvidem non ibo, qvod id temporis & adhuc prædicti Dn. Scabini perſeverant in ſuâ pronunciandi formulâ: hanc exceptionem non admittendam, præcipuè qvod Seren. Saxo, allegatâ causâ Wirths contra Schneidern ad Appellationum Tribunal devolutâ, eorum confirmavit ſententiam ſeq. anno 1623. Term. Trin. Cauſa perſeverationis & ob qvam Dn. Scabini manent in hac opinione, in obſcuro non eſt. Juramento enim ſunt obligati ſicuti Anteceſſores (utpote ipſi cum ad mandatum Seren. Electoris in cauſa homicidii à Johann. Wilh. Weißbachen commiſſi in ſervum Conradũ rationes decidendi transmitterent, allegarunt d. 11. Jan. 1654. hiſce verbis: Weil wir denn/ & velint ac debeant concipere reſponſa & ſententias Carpz. *pr. crim. p. 1. qvæſt. 34. n. 85.* Sicuti Seren. Elect. reſcriptum ſpeciale ſub dato Dresdæ d. 24. 1617. ad Scabinatum miſit, & obſervantiam tam circa punitionẽ delictorum, qvàm circa proceſſum receptam confirmavit d. Carpz. *p. 3. qvæſt. 103. n. 11.* Verum enim verò ſapientiſſimus Legiſlator & providentiſſimus Pater patriæ inſeqventi, neglectâ priore opinione, alteram arripuit & producenti Campſori probationem non obſtantibus in contrarium pluribus ab autore olim Advocato à parte actoris allegatis rationibus injunxit Term. Martini 1668. Würde Kläger / Z. E. wie recht / beſcheinigen und beybringen/ daß Beklagten E. K. die in denen Wechſelbrieffen begrieffene 2400. Rthl. würcklich bezahlet worden / inmaſſen ihm zuthun obliegt / ſo were Beklagter ſeines übrigen Einwendens ungeachtet/ unſern vorigen Urtheilen Folge zuleiſten ſchuldig &c. cum tamen in præmiſſis Cambialibns expreſſa erant hæc verba, den Werth von ihm empfangen.

§. 20

§. 20. Verba baar oder durch Waaren / ut adjiciantur minimi ſunt laboris, econtra maximæ ſecuritatis. An verò acceptans hac exceptione uti poſſit adhuc qværitur? & reſpondetur qvod non, ſecundum tritum chi accepta paga, ſolvat qvi acceptat, qvod & deſiderat Auguſt. Ord. de Camb. §. 7. ibi bey allen Wechſelbrieffen ſoll der jenige / ſo ſie acceptiret hat / es ſey gleich die valuta gelauffen / und von dem Geber des Wechſelbrieffes empfangen oder nicht / ohne einige exception zubezahlen ſchuldig ſeyn:

§. 21. Inſcriptio fit plerumq; exterius aut in exteriori facie Lubben *c. 6. th. 46.* ſeu in Opiſtographo *l. 4. de Bonor. poſſ. ſecundum tab.* Cujac. 8. *obſ. 15. in fin.* Interdum non à tergo inſcribitur, ſed ſtatim in fine literarum primæ paginæ adjicitur directio. Hæc continet denominationem perſonæ illius, qvi ſolvere debet; ſive ſit ipſe, qvi edidit cambia; vel qvi ipſius juſſu ſolvere mandatur, nec non, ubi ſolutio facienda, ne poſſit fraudulenter immutari. Raph. de Turri *d. qvæſt. 2. n. 6.* e.g.

An mich Jacob N.

In Leipzig / Augſpurg.

Unde Debitor non tantum in loco contractûs directâ, ſed etiam utili in loco domicilii, præſertim ſi hoc ab illo maximè diſtat, ad ſolutionem compelli poteſt, ut patet ex reſponſo Dn. Scabin. in cauſa J. G. J. contra D. M. ad autorem M. Julii 1670. dato hiſce formalibus: Ob nun wohl der Locus der Wiederzahlung nach Dantzig deſtiniret / und derowegen die Zahlung daſelbſt zuſuchen / dieweiln aber dennoch Dantzig von hier weit entlegen / und der Schuldner daſelbſt ſo bald nicht anzutreffen / in dergleichen Fall einer vermöge der Rechte auch in loco domicilii, actione utili gar wohl beleget werden kan / R. W. J. E. Fr. So mögen auch Doct. N. Erben ihn J. G. wegen der zu Wechſel gegebenen 1000. Rthl. alhier in Leipzig zu wieder Vergnügung nach Wechſel-Recht anhalten laſſen / und iſt gedachter J. G. die Zahlung an hieſigen Orths üblichen Wechſelgeld zu thun verbunden. V. R. W.

§. 22. De ſubſcriptione adjiciendum, qvod recognitio, ſi de manu ſubſcribentis dubium moveatur, fieri poſſit per teſtem qvendam virum bonæ fidei. Rutger Ruland. de Commiſſ. *lib. 5. c. 39. n. 35.*

§. 23. Præſentatio eſt, qvando à remittente vel ipſius procuratore in loco ad ſolutionem convento Cambia in originali ſive ſola ſive ſecunda aut tertia ſint, præſentantur ad acceptationem & ſic aſſecurata efficitur ſolutio. Præſentatio regularium aliter non fit, niſi incœptis jam nundinis. De hac in ſeqventi qvæſtione prima plura. Irregularium verò qvovis tempore fieri poteſt. Ratione regularium nundinales priores ſtatuimus ſeptimanas pro juſto præſentationis tempore. Raph. de Turri *Diſp. 2. q. 2. n. 12.* & qvidem in initio. M. à Velde *d. Camb. p.* 138. qvo non obſervato Cambii literæ jura Cambiorum amittunt, nec ex iis contra debitorem executivè agi poteſt. Scacc. de Commerc. §. 2. *gl. 5. n.* 319. 320. *pag.* 387. *&* §. *7. gl. 2. n. 3. p.* 442. juſtum hoc obſervari præſentationis tempus deſiderat nihil minus Ord. Camb. Lipſienſ. de dato d. 10. April. & confirm. p. 22. Ejusdem 1652. per verb. Hinfüro zur Zeit der Jährlichen Meſſe/ in der erſten Marckt Woche auffs längſte bey Ankunfft der Bothen die Wechſelbrieffe præſentiret werden &c.

§. 24. Acceptatio fit primò vel purè vel ſub conditione, Purè & ſimpliciter, qvando acceptatur absqvè contradictione ſive reſervato; ſub conditione, ſi vel pro parte tantùm, vel pro honore literarum id eſt, in honorem traſſantis acceptatur. Priori caſu non; poſteriori verò reqviritur & admittitur proteſtatio. Altera acceptationis diſtinctio eſt, qvæ fit vel expreſſè vel tacite. Expreſſè iterum vel oretenus, vel in ſcriptis. Illa oraliter facta, ich will den Wechſelbrieff annehmen und bezahlen/ vel V E U, ich habs geſehen/ ſecund. Jac. Savar. *p.* 259. hodiè non admittitur: In ſcriptis fit vel unica ſyllaba (acc.) qvod ſignificat accepto. Raph. de Turr. *Diſp. 2. qvæſt. 2. n. 1.* vel unica lineâ ductâ. M. à Velde de Camb.

*p.* 139.

*p.* 139. *in pr.* vel expreſſis verbis, Ich acceptire und verſpreche Zahlunge ꝛc. & hæc eſt certa, alia verò periculoſa ſcil. Ich acceptire umb in der Zeit zu antworten/ hoc verbô modô acceptans à ſolutione ſe liberare poteſt, qvando der Traſſirer inzwiſchen fallit wird; Vocabulum zu antworten, maximè differt à promiſſione ſolutionis & reſervantur acceptandi omnia juris beneficia. Fit autem acceptatio ſive ab acceptante ipſo, vel eo ſcripturam negante, à Notario legitimè per præſentantem reqviſito. Talis acceptatio literaria obſervatur in Plateis celebrioribus Venetiarũ, Amſtelodami, Hamburgi, Coloniæ ſecundum Camb. Ordin. §. 3. Norimbergæ Banco Ord. §. 14. Botzen. Nundin. Ord. §. 4. Francofurti juxta *Reformat. p.* 2. *tit.* 24. §. 7. *per verb.* alle *acceptationes* in und auſſerhalb den Meßzeiten ſollen entweder von denen Principalen ſelbſten oder dero Gevollmächtigten auff die Wechſelbriefe mit Nahmen und dato geſchrieben werden. Auguſtan. §. 1. ibi eigenhändig unterſchrieben ꝛc. Breslav. §. 2. alle Wechſelbrieffe ſollen von dem jenigen / auff welchen ſie lauten mit Bemerkung des Tages und Benennung des Nahmens ſelbſten eigenhändig acceptiret werden. &c. Nec non Lipſiæ ſecund. Senatus Conſultum de 10. April. 1652. ejusq; confirmationem Elect. Sax. de 22. April. 1652. Qvâ poſteriore ad evitandas diſcordias ſub pœnâ 20. Joachim. ſcriptura reqviritur, daß hinführo ſolche Wechſelbrieffe nicht mehr bloß mündlich / als bißhero geſchehen / ſondern ſchrifftlich durch Unterſchreibung des Wechſelbrieffes oder andern ſchrifftlichen Schein zu acceptiren &c. item, dafern auch der jenige / welchem der Wechſelbrieff præſentiret / zur ſchrifftlichen acceptation ſich nicht verſtehen / ſondern alleine bey der mündlichen beruhen will / ſo ſoll der Creditor auf ſolchen Fall / damit dieſe Ordnung umb ſo viel weniger durchlöchert werde / bey 20. Rthl. Straffe gehalten ſeyn / die acceptation durch Notarien und Zeugen zu Wercke zuſtellen / und alſo in Schrifften verfaſſen zulaſſen. Subſcriptione hac deficiente nulla actio cambialis inſtitui poteſt, ſed reus exceptio-

nem hanc ex allegato Senatus Conſulto abſolvendus eſt, ut in cauſa Joh. Bapt. Francois Actoris & J.M. & H.Z. reorum Prætorium Lipſ. conſultis Dn. Scabin. Elector. M. Maji 1677. ad acta judicârunt, daß Beklagter auff die erhobene Klage / wie ſie anbracht/ ſich einzulaſſen nicht ſchuldig ꝛc. Tacitè acceptantur Cambiales, qvando ille, cui præſentantur, recipit, lectasqvè eas penes ſe retinet, nec ſtatim reddit. Raph. de Turri *Diſp.* 1. *de Camb. qvæſt.* 19. *n.* 10, 11. Berlich. *p.* 1. *concl.* 36. *n.* 50. 57. 98. 99. & *ſeqq.* Lauterbach. *diſp. de jur. in comm. uſitat. th.* 171. ad certum tempus. Marqv. *de jure Mercat. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 56. Raph. de. Turr. *ex deciſ. Rot. Rom. deciſ.* 15. pro diverſitate loci deſtinatum retinet *arg. l. ſi filius fam. de SCto Maced.* Hamburgenſes obſervant. 3. Börßgerüten. *p.* 2. *tit.* 7. § 5. & 6. & *tit.* 8. *n.* 5. Is enim, qvi tacitè acceptat. & retinet, Scacc. de Camill. Borell. ſumm. deciſ. *part.* 2. *tit.* 23. *n.* 105. & 121. præſumatur ex hoc ſolo facto omnia in eis contenta approbaſſe *l.* 19. ibiq; Gothofr. ad *SCtum Maced. l.* 15 *de fundo dotal.* Rot. Genuenſ. *deciſ.* 133. *n.* 2. qvia expreſsè non contradicit. Qvi enim in hiſce non contradicunt, cum poſſent, pro conſentientibus & approbantibus habentur, *l.* 1. *Cod. de filiis fam.* 10. 60. *l.* 2. *p. ad municipal. l.* 7. *in fin. de decurion, l. ult. qvando appellandum ſit.* Tunc enim taciturnitas operatur, ut recipiens Epiſtolam omnia in ea contenta fateri præſumatur. Dan. Moll. & plures apud Matth. Berlich. *p.* 1. *concl.* 36. *n.* 52. qvod tamen reſtringit Scaccia de propriis Cambii literis *gl.* 2. *gl.* 5. *n.* 336.

§. 25. Acceptationis effectus eſt, qvod acceptans efficiatur debitor ejus, ad cujus inſtantiam acceptavit, & unà cum Traſſante tenetur ad ſolutionem. Alex. *Conſ.* 94. *Vol.* 3. *n.* 5. Rota Genua *in deciſ.* 168. *n.* 2. *p.* 594. Salic. in terminis *l. ſi filius famil. ff. ad SCtum Maced.* Bartol. *in l. ſingularia ff. ſi certum petatur & ibi* Dd. nec non ſecund. Auguſt. *Ord. de Camb.* §. 8. *ibi* beydes der Geber des Wechſelbrieffes und der ſo den Wechſelbrieff acceptiret/ dem Inhaber deſſelben zugleich und ieder inſonderheit / biß der

Wech-

Wechſel völlig wieder bezahlet / vor Debitores gehalten ſeyn &c. qvod & obſervant Hamburgenſes juxta Statut *p.2.tit.7. art.* Chi accetta pacha vel paga, utpote hoc utitur verbo Bresl. Ordin. Camb. §.1. Literæ enim acceptatæ inducunt validam confeſſionem obligantq; recipientem, qvia ſaltem ſciat contenta in eis Joh. Bapt. Coſta *de fact. ſcient. & ignor cent.1. diſt.* 79. Menoch. *Conſil.* 276. *n.* 43. præcipuè ſi qvatuor reqviſita concurrant, ut de literis conſtet; is cui fuerunt oblatæ, in contrarium non proteſtatus fuerit; illæ non fuerunt remiſſæ & deniqvè nihil amplius in literis deſideratum fuerit pro reqviſito. Pacian. *lic.1. de probation. c. 29. n. 26. & ſe.q* De tertio allegato reqviſito Hamburg. ita ſtatuunt: So gebühret denen Innhabern des Wechſelbriefs zu proteſtiren, das proteſt zurück zu ſenden / den Wechſelbrieff aber bey ſich zubehalten / biß er betaget. *p. 2. tit. 7. art. 3.*

§. 26 Oriuntur qvæſtiones tres: Prima, qvo tempore præſentari debeant Cambiales Regulares, prioribus aut nundinarum poſterioribus? Ad hujus qvæſtionis relevationem apponatur conſilium ad inſtantiam G.H. Merc. Lipſ. & Factoris G. & G. D. M. Jun. 1677. Hamburgum transmiſſum ſeqq. modo: Ob nun zwar die irregulares literæ cambiales, ſo auſſer Benennung der Meßzeiten geſchehen / ſo genau an die præſentation Zeit nicht gebunden / weiln aber dennoch allhier purè regulares ad Nundinas Lipſienſes deſtinatæ obhanden. (2.) Dero zwey prima & ſecunda außgeantwortet / dahero der (3) ja Sempronius den einen nacher Augſpurg ſenden wollen / den andern nach Leipzig ſpediren können / bevorab da (4) ſolche nicht nacher Augſpurg ſondern (5) die Zahlungszeit und Ort ſchlechter dings auff Leipzig gerichtet / zu Leipzig aber die Wechſel Ordnung (qvæ ſupra verbo tenus inſerta de anno 1652.) klar haben will / daß zur Zeit der Jährlichen Meſſen in der erſten Woche die acceptation geſchehen ſoll / und ſolches umb ſo viel mehr / weiln in celebrioribus Plateis, darunter / Hamburg Augſpurg / Leipzig zurechnen / certum tempus zur

præſentation und acceptation geordnet/ welchen termin der præſentans von dem Uſo ſelbigen Orths ſtrictiſſimè obſerviren muß/ und in geringſten nicht überſchreiten kan / ſondern ſo er länger wartet / den Schaden gelten muß. Voigt. *de Camb. p.* 100. mit welchen noch übereinſtimmet Heydig. *p.* 70. woraus denn propoſita qvæſtio erleutert/ und Sempronius an den Wechſel und deſſen Verluſt feſte ſeyn wird.

§. 27. An acceptans cambii literas cum proteſtu ſive ſub proteſtatione oder mit reſervo easqvè poſtea ſolvens ſimpliciter, videatur ſolviſſe juxta formam literarum ſine proteſtu? Affirmatur ſecund. Rot. Genuam *deciſ. 6. per tot.* Tertia an acceptatione perfectâ, à Traſſante vel ipſius procuratore ille Traſſans revocare & facere poſſit, ut procurator acceptans ſolutionem deneget, aut ſatisfactionem differat, excipiendo adhuc Valuta ſive pecuniam à remittente promiſſam, nondum eſſe ſolutam, vel qvod remittens foro ceſſiſſet, & deterioris conditionis factus eſſet ante terminum ſolutionis. Exinde ſolutio ſecurè & absq; præjudicio fieri neqveat? Negativa locum habebit reſponſio. Moribus enim noſtris eſt obligatorium & utrumq, efficaciter ad promiſſum implendum adſtringitur, excluſa pœnitendi facultate. Hahn. ad Weſenb. *de præſc. verb. n. 3. ferè in fin.* Raph. de Turri *Diſp. 1. qvæſt.* 10. *n. 7 & 23.* Imò & ratione ſecuritatis Tractans ſive acceptans coram judicio deponere pecuniam in cambiis expreſſam volens non admittitur. Rationes ſunt in promptu, qvia eo momento, qvo acceptavit, obligatus eſt. ſecund. Rot. Gen. Salic. & Bart. Dein acceptans re adhuc integrâ, id eſt ante ſubſcriptionem debuiſſet cauſam accuratius ponderare & prævidere, cum qvo contrahat, tunc temporis enim in arbitrio ſuo fuit, an vellit obligari & nemo cogi poteſt acceptari *l. 22. §. 11. ff. mandati.* Suſceptâ verò acceptatione ſit caſus neceſſitatis, *l. ſi mandavero 22. §. ſicut 11. ff. mandat. l. ſicut ab initio 5. C. de action. & oblig. l. qvanivis* 39. *C. de Transact. l. ſi qvis argentum* 35. *§. fin. C de donat.* Tum qvod volen-

volenti non ſit injuria *per l. nemo. 187. de R. I. Cap. ſciat eod. in 6.* & qvod ſemel approbata cauſa ſive vera ſit ſive falſa retractari non poteſt §. *6. Inſt. qvi & qvib. cauſis l. ſicut 5. C. de oblig. & act. cap. qvod ſemel 21. R. I. in 6.* ſiqvidem deniqvè & fidei humanæ maximè conſentaneum *l. 1. ff. de pactiſ.* Revocare contra & ita fallere fidem inhoneſtum eſt, *l. 1. ff. de conſt. pecun.* præcipuè inter mercatores oder Kauff-Leuthen/ da es heiſt ein Wort ein Mann/ ein Mann ein Wort/ id eſt, mox ſimul ac dictum eſt verbum, res ipſa peracta eſt, ſecundum Homer. Poëtarum Principem. Unde & Philoſophus legalis Baldus talem revocantem pro viro bono agnoſcere noluit. Exinde Francofurtenſes d. 4. April. 1620. Edictum publicârunt, idq; ad inſtantiam mercatorum, d. 9. Aprilis 1635. renovârunt. Hiſce aſſenſum tribuunt Hamburgenſes, in Stadtbuch *p. 2. art. 12. tit. 7.* nec non Norici nach der Banco Ordn. d. 16. Julii 1621. Plura & præjudicia vide apud Klockium in Ærario ſub Tit. de menſis argentariis.

§. 28. Modus ſive verba acceptationis talia eſſe poſſunt: Acceptiret zu zahlen den Inhalt d. Martii 1677. (Non vero zuantworten/ de qvo ſupra ſub verb. Præſentatio §. 23.) aliàs acceptor ſe excuſare autumet. Promiſsio tantum facta non conſtitutio. Animus autem conſtituentis animo promittentis objicitur, *per l. 1. ff. & C. de Conſtit.* qvæ ratio non pro minima habita eſt à mercatoribus Auguſtanis in literis ad Francofurtenſes d 8. Febr. 1652. miſſis. Qvicqvid autem ſit, manet firmum & immutabile, qvod non tantum rationi & æqvitati naturali, ſed & tàm Statutario qvàm communi juri ſit conſonum. Qvod ſi qvis mercatorum ſemel acceptaverit imprudenrer, acceptatum etiam damno ſuo ſolvere teneatur d. §. 6. *J. qvi & qvibus cauſis.* Nec juvat exceptio fidejuſſionis ſecund. Mœvium *ad jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 1.* Coler. de Proc. *Exerc. p. 1. c. 1. Berlich. p. 3. concl. 24.* Ergo ex alterius periculo faciet ſibi qvod ex uſu fiet.

§. 29. Inductio ab inducere anführen oder überweiſen/ inde

inde indouche, indoſſament, indouſiren/qvaſi in dorſum ſcribere, einen andern abtreten/idem eſt, qvod alteri cedere, ſecund. Breſl. Ord. Camb. §. 3. Fit brevibus verbis tamen firmiter, zahlt den Inhalt für mich an N. ſoll mit gute Zahlung ſeyn. Indoſſament in Blanco ablatum eſt, & reqviritur neceſſariò, ut inductio planè ſit inſcripta adjecto die ſecundum Auguſt. Ord. de Camb. §. 11. Die indoſſament in Blanco gäntzlich abgeſchaffet und der Geber ſolcher Wechſelbrieffe den Gir / wie ſichs gebühret / völlig auch mit Beſetzung des Datums zu compliren ſchuldig ſein ſoll ꝛc. Die gierirte Wechſelbrieffe in die Botzner Marckt aber ſeyn gantz verbohten / ſeq. §. 12. Similiter prohibet Breslav. Ordin. ſolutionem literarum Cambialium deficiente inductione §. 3. ibi ohne indoſſament. Circa indoſſament in bianco vel blanco in weiß oder offen / notandum, qvod ille qvi per tale documentum in blanco à Debitoris aſſignantis factore pecuniam acciperet, non pro ſe retinere, ſed ut ad maſſam reſtituat, cogi qveat. Ratio qvia Endoſſement in blanco non habetur pro ceſſione & aſſignatione, ſed tantum ad apocham & qvietantiam data. Cautelam ut extendatur aut impleatur blanca charta monet obſervari Jac. Sav. *p.* 265. adde Pariſ. *Ord. art.* 23. *Lit. S.*

§. 30. Proteſtatio reſtat, qvæ nihil aliud eſt: qvàm conteſtatio publica de diligentia ſua, qvâ jus noſtrum illibatum *l. ſi debitor* 4. §. *ſi in vendit. & ibi* Barthol. *ff. qvib. mod. pign. vel hypothec ſolv.* ſive ſalvum atq; integrum maneat. Gœdel. *in Conſ. Marpurg.* 28. *n.* 27. Gravett. *conſ.* 662. *n.* 20. & Carpz. *p.* 1. *Conſt.* 17. *def.* 16. *n.* 6. Econtra præjudicium avertatur *c. ſub. orta X. de ſentent & re judic.* Qvilibet huc, inqvit, confuge tutus eris. Ovid Proteſtatio enim jus proteſtantis defendit Vult. 1. *conſ. Marpurg.* 29. *n.* 118. actum animumqvè detegit & declarat. Alciat. *in l. deteſtatio ff. V. S.* unde dicitur remedium utiliſſimum, qvo jus noſtrum, qvod aliâs læderetur, conſervamus, *l.* 34. *de negot. geſt. l.* 7. *in fin. pr. Naut. caup. Stabul. l.* 14. §. 78. *de Relig.* Hinc qvæſtio oritur, an in cambialibus propriis etiam

talis

talis proteſtatio contra ſcribentem neceſſaria ſit? Reſpondetur, utilis qvidem eſt, ſed non de necesſitate, utpote Juris Conſulti Lipſienſes M. Octobris 1673. reſponderunt tali modo: Dennoch aber und dieweil dergleichen protestationes nur auff den Fall/ wenn an einen andern die Wechſelbrieffe gegeben/ und von demſelben die Zahlung begehret worden/ er aber ſich deſſen verweigert/ oder nicht zubezahlen willens iſt/ nöthig/ hingegen allhier Beklagter die Zahlung zu leiſten verſprochen/ auch das er den Werth empfangen geſtändig/ bey welcher Bewandtnüß/ ungeachtet die beſtimbte Zahlungs Friſt verſtrichen/ und keine proteſtation eingewendet/ der Wechſelbrieff bey ſeinen Kräfften bleibet/ ſo wird auch wieder Bekl. nach Wechſelrecht billig verfahren.

Proteſtum & proteſtatio plerumqvè ſumitur promiſcuè, ut & ſupra factum de acceptatione ſub proteſtatione. Melius verò proteſtatio attribuitur ipſi actui, qvi fit coram Notario & teſtibus à reqvirente vel à Notario ipſo coram teſtibus juſſu reqvirentis arg. Deuter. 17. 6. & c. 19. 15. Matth. 18. 16. Joh. 8. 17. ad Corinth. 13. 1. Hebr. 10. 28. Speciatim teſtium adhibitionem poſtulat Leg. Fer. *c.* 34. & Stat. Genuenſ. *c.* 14. *de compenſ.* §. *qvi voluerit.* & qvidem ita ut teſtes ſimul inſtrumentum proteſtationis à Tabellione publico confectum unà ſubſcribant ſecundum ſententiam Dn. Scabin. Lipſ. in cauſa A. O. Contra U. D. Diverſus hic modus proteſtandi notandus venit infra. Proteſtatum verò ſumitur pro inſtrumento Notarii publico, qvod de proteſtatione ipſâ per Tabellionem confectum eſt, Raph. 2. *qvæſt.* 1. §. 36. *& ſeq.* Proteſtatio fit vel per ipſum reqviſitum Notarium, vel per reqviſiti ſubſtitutum alium Notarium ſecundum Ord. Francof. §. 8. *vebr.* da er verordnete *Notarius* entweder ſelbſt/ oder da er wegen überhäuffter Meßgeſchäffte es an der Zeit nicht hat/ durch einen andern *ſubſtituirten Notarium* von denen recuſanten/ qvando ſolutio promiſſa non ſeqvitur & qvidem in eum finem, ut tantummodo ille, qvi vigilanter excubat in omnibus negotiis illæſus ita permaneat.

§. 31. Proteſtationum tempora ſunt, utpote & ipſorum Cambiorum diverſa. Qvibus neglectis & ita proteſtatione inter præfixum fatale non factâ remittens & præſentans perdat Jus cambiale, lucrum & intereſſe futurum: Proteſtationis tempus pro diverſitate loci obſervatur ut Coloniæ dies ſextus poſt terminum ſolutionis incluſis feſtis, ſed excluſô ipſo ſolutionis termino; vel ſi ſextus & ultimus incurrat diem dominicam, Wechſel-Ordn. §. 1. & 2. In aliis civitatibus alia obſervātur fatalia, de qvibus ſuo loco plura præſertim intra ſub *Sect. 7. Tempus.* Perſonæ coràm & à qvibus proteſtatio fieri poteſt ſunt plures, (1) coram famulis publicis Rahtsdienern / Schergen / Gerichts-Frohne / Stock- und Marcktmeiſter / ſecundum Jac. Savar. *p.* 279. qvod tamen intelligendum puto, ſi copia judicis aut Notarii haberi non poſſit. (2) coram Prætore & Aſſeſſoribus coram Tribunali ſedentibus, ut obſervari Lipſiæ in cauſa C.H. contra C.S. (3) Coram Tabellione Cæſareo ut plerumqvè fit.

§. 32. Sed qvia nec minimi eſt momenti ut ſcriba publicus ritè formulam conficiat, ne deficientibus ſolemnibus totum inſtrumentum vitietur & Notarius inſuper puniatur. Alciat. *de Præſumpt. reg.* 3. *præſ.* 13. *n.* 8. Spec. *tit. de Inſtrum. edit.* §. *breviter n.* 5. Jo. de Graſſis *tr. de ſubſtit. procur. in verb. Indictione ſexta n.* 1. Br. *in l. admon. n.* 34. *ff. de jurejur.* apud Aug. Grempl. *Manuſc. lib.* 7. *p. m.* 479. adjiciamus ſeqventem formulam cum notis:

(a) IN NOMINE (a)

(b) DOMINI NOSTRI (b) JESU CHRISTI.

NOtum ſit omnibus ac ſingulis, qvibus neceſſe ac licitum
(c) eſt, qvod anno (c) à Nativitate Domini Salvatoris univerſi Milleſimo ſexcenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, In-
(d) (e) dictione (d) Romanâ decimâ qvartâ, imperante (e) Maximo Sereniſſimo, Potentiſſimo, Invictiſſimo Sacratiſſimo *ita in Proëm. Cod.* Pio Felici, inclyto *l.* 9. *pr. C. d. ſumm. Trinit.* Glo-

tioſiſ-

rioſisſimo *l. 9. §. de Sum. Trin.* Principe & Domino, Domino LEOPOLDO I.(f)Cæſare Romano perpetuo Auguſto(g)Sacratisſimo (h)Germaniæ, Hũgariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Salvoniæ Rege, Archi Duce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Stiriæ Carinthiæ, Carniolæ, Würtebergæ, Principe Sveviæ, Marchione Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Landgraffio Alſatiæ, Comite Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi, Goliziæ, Domino Moroſiæ &c. Domino noſtro Clementisſimo; Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Imperii Romani Anno (i) XIIX. Hungarici XXII. & Bohemici XXI. &c. &c. Johannes Fridericus S. Mercator Lipſienſis in ædibus conductis prope forum & qvidem in hypocauſto (k) ſuperiore erga plateam die (1) 24. Auguſti Bartholomæo dicato ſtyli veteris circa horam tertiam pomeridianã coram me Notario publico jurato, præſentibus in ſpecie reqviſitis teſtibus N.N. (inſeratur factum, uti proponere debet Notarius, narrationem, extenſionem publicationemq; contractus ſeu actus coram ſe celebrati cum ſuis (l) circumſtantiis & inductionibus ſecundum Aug. Grempl. Manuſc.. Vol. 7. p. 487.) legitimè & decenter reqviſivit. (m) Cum verò ejus petito & reqviſitioni ratione officii, qvo fungor denegare non potuerim, ſuper talia ut ſupra, acta & notata, hoc inſtrumentum publicum ſeu authenticum Sigillo (n) mihi conceſſo manusq; (o) propriæ ſubſcriptione, una cum teſtibus, veritatis gratiâ corrobaravi. Actum Lipſiæ in ædibus allegatis tempore locoq; prædicto. (p) De hiſce paucula ordine Alphabetico notanda veniunt & qvidem ad Liter.

(f) (g) (h) (i) (k) (l) (m) (n) (o) (p)

(a) Juſtinianus ſummus Imperator ita qvoqve incipit Proëmium *Inſtit. & Novell.* (A)

(b) Invocatio nominis Divini an neceſſaria ſit inſtrumentis? Sunt qvidam qvi negant, eorumqvè opinio juri Civili magis conſentanea videtur. Timæ. Faber *ad Inſt. repet. proëm. th. 3. lit. B.* omiſſa enim inſtrumentum ne vitiat eſt communis Dd. opinio & Br. in *l. ſi qvis* (B)

*arg.* §. *ſi initium de edend.* Schneid. *in proëm Inſt.* Aug. Grempl. Manuſcript. *Vol.* 6. *p.* 585. Sed conſvetudo aliud obſervar, teſte Emerico à Rosbach *in pr. theſ.* 62. *n.* 5. Ungeb. apud Wilh. Ludvvel. olim Præceptorem meum chariſſimum & fideliſſimum. Hæc conſvetudo eſt confirmata à Maximiliano Imperatore in Rec. Imper. de Ann. 1521. tit. Von Unterricht der offenen Notarien §. und nach dem ꝛc. Qvod Ethnici non tantum obſervarunt, teſte Cicer de legib. & in Vatin. Sed & ſummus & Glorioſiſſimus Imperator Juſtinian. (qvi ſive Ethnicus ſive Chriſtianus fuiſſet vide Tim. Faber. all. loc. th. 9. Chriſtianum fuiſſe exinde colligo qvia agnovit Teſtamenta Sacra Vetus atqvè Novum illud allegando *in l.* 8. *& l.* 9. §. 7. *C. de Sum. Trinit.* Hoc explicando *l.* 1. 2. *& ſeq. eod.*) juſſit; imò Sacra expoſtulat Scriptura 1. *Cor.* X. 31. Jus Canonicum *c. non obſervetur* 16. *in fin. cauſ.* 26. *q.* 7; & civile per *Novell.* 47. per verb. inchoatur mox Autore Deo. Juſtinianus an literas ſciviſſet, qvidã dubitant tamen contrariũ in reſolutione text. demonſtravi ex §. 6 *Juſt. proëm.*

(c) Annus Salvatoris noſtri ut inſeratur inſtrumentis, unum ex decem reqviſitis, qvæ Tabellio debet obſervare, habetur. Conſtit. Maximil. *de* §. *verb.* die Jahr Zahl unſers Heils.

(d) Indictio non egreditur numerum XV. ſed recurrit ad initium. Sciri poteſt in qvoto indictionis anno ſimus hoc modo: Annis Domini addantur tres: nam Dominus Salvator mundi dicitur natus fuiſſe qvarto indictionis anno. deinde totũ dividatur per XV. reſiduum eſt numerus indictionis allegati anni. e. g.

| | |
|---|---|
| 1676. = = = | eſt annus Chriſti. |
| 3. = = = | addantur tres |
